



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>


This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>







A V
DONI
M
DE

biquim, difco
anzeapro
fabron

STEPHA
AEG

1100000

✓

A V G V S T I N I

D O N I I C O N S E N T I N I

Medici & philosophi,


D E N A T V R A H O M I N I S

L I B R I D V O : N . 1 4 2 2 .

In quibus, discussa tūm medicorum, tūm philosophorum
anteā probatissimorum caligine, tandem quid
sit homo, naturali ratione ostenditur.

A D

S T E P H A N U M S E R E N I S S .
R E G E M P O L O N I A E .



B A S I L E A E

A P V D F R O B E N I V M .


M D LXXXI.



BRITANNIA
EXCELSIOR INVICTA ET QVIA

L I B E R P R I M V S.

P R A E F A T I O .



VLLA est regio in Europa, REX Serenissime, in quam clara uoce iampridem non peruererit fama uirtutis tuae: neque ego sum dubius, quin etiam celebris uollet etiam Africam atque Asiam: non enim fieri potest, ut tati principis tam magna laus Europe tantum finibus continetur. Quod cum ita sit, admirabilis, & propè diuina uirtus tua sit oportet: parua enim stella non emiserit à se magnum lumen, sed Sol omnia collustrat. Speciosa uero undecimq; fama, & digna, quæ in dies magis magisq; uigeat. Fertur enim, te non modò instructam esse bellicis artibus, optimeq; tenere scientiam administrandi regni, sed etiam exultum habere animum ijs studijs, quæ præcipue decent uirum principem, quippè studijs literarum: & eorum amore undiq; accersere uiros doctos, honorificè excipere: instaurare gymnasium magnificum Cracoviæ. Rarum, atque adeò singulare exemplum regis hoc tempore, quo, aduerso fato, principes ferè animum alienarunt à literis, nec quidquam minùs curant, quam earum uel studium, uel patrocinium. Qui igitur ne mirentur, si res tuae uel in dies raunt in peius, uel non melioribus fultæ artibus semper sunt in discrimine, dum tuæ crescunt in dies, & sunt tam securæ, tam undique communitæ, ut beata hoc tempore habeatur Polonia, quod te sortita sit regem. Cum enim sine longo usu rerum comparari non possit insignis prudenteria, qua ad rem. benè gerendam opus est: necessariò ad eam rem literarum monumenta requiruntur. Tam breuis enim est hæc nostra uita, ut uel cui longissima contingit, uix ad pauca satis experienda sufficiat: & à consilijs sèpè accidit adesse principes eos, quibus ipsis maximè esset opus consiliario. Literis autem breuibus spatijs consignata habetur facta uirorum clarissimum totius memorie: artes consilia, cunctus: regnum & re-

DE NATURA HOMINIS

rum publicarum exortus, incrementa, status, inclinationes, occasus, fortuna uaria: unde iam aliorum periculo habita experientia rerum, sumi possunt usque apta exempla, ad quæ actiones in rerum administratione dirigantur. Nonnumquam etiam adiuuant ij ipsi, qui scribunt; sapientes uiri, qui de ijs, quæ scribunt, interponunt prudens suum iudicium. Sed ratio ipsa rerum, quæ à felicibus ingenij studiosè obseruata, literis tradita est, etiam plurimùm potest uel ad inuentionem, uel ad directionem consiliorum iuuare. Aliud quoque, nec paruum, bonum solet prouenire ex literis: nam peculiari ferè quadam efficientia inducunt ad humanitatem, qua maximè homines, capiuntur. Tu itaq; unus omnium optimè intelligis, & sapis: imitarisq; ea re, ut cæteris, ueteres illos maximos, quorum nomen omni uerè laudis genere ornatum, perpetuò scriptorum beneficio manebit. Et extàma prudenti, prorsusq; egregia imitatione duplē capies fructum: alterum, quod magna cum uoluptate remp. tibi demandaram uidebis floridam, ac beatam: alterum, quod & uiuens eris in honore apud omnes gentes; & moriens nomen immortalitati honorificis monumentis mandandum relinques. Iam uero tam clara uirtutis, studijq; fama cepisti animos omnes omnium; ut nemo iam sit, qui te non amet & ueneretur, quiq; non preceperit tibi ætatem longissimam. Literatorum autem animos incredibiliter crexisti: qui alioqui deiecit de spe honorum, pro suo tantum solatio, molestiarumq; uitæ lenimine, lentam nauabante operam: nunc uero sumptis animis alacriter, strenueq; agunt iamq; multi, uti video, quisque eo genere, quo laborat, præ ingenij facultate, te absentes alloquuntur, certatim conantes dare specimè industriæ suæ. Inter eos autem, quos ad cultuam nominis tui excitasti, cum primis ipse sum, obscurus adhuc homo, notusq; paucis, sed forsitan non minimi laboris in bonis studijs: qui cum multos iam annos, sic meo ferente genio, teneat studio cognoscendæ naturæ rerum, iamque summa cura, magno labore uidear noua, & (nisi fallor) cognitu digna animaduertisse; decreui donum aliquod diligenter pro uirili elaboratum offerre tibi: speroq; elegisse materiam non indegnam principi. Proposui enim tractare apud te de natura hominis

hominis, quem quidem plerique veteres amatores sapientie rerum naturalium omnium nobilissimum duxerunt, adeoque perfectum existimarunt, ut patui mundi instar haberent: naturam uero eius excellentissimi quique indefessè quaesiverunt atque adeò pythius dæmon, ipse homo maximè cognoscat, monuit. Ac si omni homini cognoscenda est, principi maximè cognoscenda est, quem in primis decet rerum magnarum, uulgo non cognitarum, cognitio: ut quemadmodum dignitate & opibus, sic etiam tali scientia præclarè, insigniterque antecellat. Non una autem cum sit ratio tractandi de homine, in præsentia ego eam tenebo, quam etiam suscepimus operis monet inscriptio: scilicet, quam indicant res hæc obnoxiae motui; hoc est, naturalem: diuina uiris altiori ingenio, qui in ijs studium, operamque locant, concessero. Monet enim commune præceptum, neminem polliceri, aut conari debere, quæ præstare & absoluere non possit. Hac autem duce tantum spero præstero, præstare certè conabor, quantum cultor naturalis studij, mediocriter exercitatus, præstare ualeat. Verumramen autem quæ habeo de hominis natura, dicere aggrediar, cogor detinere regias tuas aures diutiùs, quæ uel occupationes tuæ ferrent, uel requireret assumpta materia. Quia enim ea, quæ ab antiquioribus, qui ferè hodie sunt in pretio, sunt tradita in tali causa, ea sive sunt accepta, ut qui ea teneat, is tandem uerum tenere existimetur: oportet, si uelut nouis aliquid esse loci, reddam causas, quare ea, quæ didici à ueteribus, non placuerint. Quod dunt ago, graue certamen suscipiam oportet: neque cum humilibus, aut gregarijs, sed summis, atque principibus; Hippocrate, Platone, Aristotele, Galeno, à quibus sanè meliores longè, quam ab alijs, traduntur rationes, quibusque ego ipse præclara refero accepta. Quamquam ego non descendo in arenam, ut uelut ingratuus, coner quoquo modo eos uincere & profligare, quibus numquam satis dignas grates agere possumus: quorum quidem operâ multa præclara sunt in physica manifestata, & quibus uel rationes ostendentibus, uel certè ostendere conantibus, & quasi notas quasdam tradentibus, deinceps ulterius procedimus: sed ut, eorum ipsorum exemplo, liberè ostendam, quæ ab ipsis dicta non pla-

DE NATURA MONSTRARUM

ecant, causas reddens ab ipsorum etiam ferè desumptas libris, quæ demum mēā feram sententiam, examinandā etiam illā uiris eruditis, paratus recantare, quotiescumq; ratione cōuincar. Illud enim semper statui esse boni ciuis in literaria rep.: maiorib; qui quæ potuerunt animi, industrij, diligentij monumēta nobis reliquerunt, gratias quidem agentem, & honores docerent, nō sic tamen temerè approbare omnia, sed considerare etiā atque etiā: & si uera uideantur, nēpē cum iplis rebus consentire, laudare: sin minus; quid peccent & quissimo indicare animo. De se moderatè, atque adeò demissè sentire: si qua ædat noua, subiçere iudicio prudentiorum. Quod autem ego nunc factus sum, nō dubito, quin faciam bona gratia manium eorum, quos mihi egregios aduersarios constituo: qui dum uiuerent, ueritatem solam querentes, eam solā colī debere decreuerunt, & nihil sibi tribui, nisi ueri essent, uoluerunt: aliqui etiam erāt ita modesti, ut, ubi ferū magnitudine se deficere cognosceret, ingenuè faterentur, & rogarent per deos, si quis fortè boni aliquid inueniret, amicè impartiretur. Aristoteles autem, uia alioqui spiritus ingentis, scribit, ueritatem pro dignitate assequi posse meminem: imò uero, ut noctuarum oculi ad diurnū lumen affectū sunt, sic animi nostri mentem ad ea esse, quæ naturā clarissima sunt omnium. Ut etiam fatentibus ijs, qui principes habentur philosophiæ, semper possint superesse noua, acutis uestigāda ingenij, quæ demum prolata libenter cognosci debeat. Tu uero, qui ea animi fortitudine diù iam assueuisti in ueris bellis, spero non ingratum habebis spēctare umbratilē pugnam hominū otiosorū, quæ in re diuersa, similitudine quadam iuuare animum possit. Nam si in agendo fuero paullò prolixior, (fuero autem perinuitus) uel in summam brevē redigi argumenta iube, uel, certamine præterito, ea tantūm age, quæ à me tradita ex propria sententia cognoscas.

1. Breuissime Ma-
taph. cap. ii.

Quid

C I S S E R P R E F U S T U C

Quid intelligatur per naturam.

C A P V T I.

PRIMVS autem dicam, quid intelligam per naturam, ne de re agere videar, quae mihi nondum sit definita. Per naturam intelligo, tūm essentiam corpoream, qua constat homo: tūm naturam incorpoream, quae præstat, ut corpus nostrum sit tale, ut quidem sit omnibus alijs corporibus, quibusque à sua: namque omnia corpora naturalia constant ex materia, & incorporea quadam uia, quae facultatem habet agendi, atque efficiendi: existuntque talia, uel talia, ubi ea uis materiam quasi inducerit, sibiique subieccerit. In primis autem intelligo substantiam illam, quæ us effingit corpus hoc in organa, sic cauſa est efficiens operacionum, quæ in animali uiuo fieri uidentur, omnium. Ae tot modis à uiris magnis, qui de eadem re sunt loquuti, intellectu est..

Peterum probatissimum opiniones de natura hominis. C.A.P. II.

Hippocrates, medicus Cous, scripsit de natura hominis commentarium, qui adhuc exstat: quo ille sibi persuasit, non minùs ueris, quam necessarijs rationibus probasse, hominem esse sanguinem, pituitam, bilem flauam, & atram: compositum nimirum quid ex ijs quatuor, quos vocavit humores. Quia enim videbatur, quatuor esse prima corpora, quæ postea sunt dicta elementa: existimauitque, omnia, quæ non essent prima, constare ex omnibus ijs, sed mutua alteratione mutatis: quin ne generari quidem posse vides, nisi illa inter se miscerentur: in homine, ut in ceteris, ea omnia posuit. Nam si illa contrarijs inter se essent viribus, quasi conuicere in unum putauit per mistionem & temperamentum: quod quidem rectè processerit, ubi illa maxime fuerint mixta, hoc est conserta inter se, compositaque: moderateque & æqualiter se inter se habuerint tūm facultate, tūm copia, ut ne alterum multò præstet, sitq; potentius, quam alterum.

DE SCRAFFIS ET DILECTIIS

alterum. Naturā autem incorporea, corporis propria, Hippocrati (quantum ex eius dictis colligere licet) qualitas est, ex contrarijs, sed inuicem temperatis, confusa qualitatibus. Substantia autem animæ existimat illi esse calidum innatum, quod aliquando spiritum vocavit insitum: res uidelicet composita etiam ipsa ex ijs quatuor generibus, sed in qua maximè acreū, aqucumque clementum superent, magisque acreum, Galeno interprete: quæ quidem substantia una ab initio animal afformet, ac deinde adaugeat, & ad mortem usque autriat, si que auctor operum naturalium omnium. Vnde autem sensum nanciscatur animal, si substantia est confusa tantum ex clementaribus: utrum à primis usque ducat elementis, quæ vel omnia, vel aliqua sentiendi habeant facultatem: an aliqua alia ratione sortiatur: nullus usquam explicatè dixit Hippocrates.

<sup>1. de Blem.
secundum
Hipp. cap. s.</sup> Galenus uero explicans eius sententiam, ut profitetur, ambigit ea de re: aitque, accidere posse, ut prima elementa sentiant, si non omnia, at tamen aliqua: nec minus, ut nullum quidem sentiat eorum, sed per mutuam alterationem, transmutationemque, tum commissionem & temperationem, tandem in unum aliquod agantur, quod sentire possit: magisque inclinat in hoc posterius. Tantum Hippocrates de natura hominis: nam libri, qui sub eius nomine circumferuntur, unde aliqua alia ratio colligi possit, omnino non sunt legitimi. Hippocraticam

^{de Timo.} misionem, temperationemque deinde aliquatenus receperunt Plato & Aristoteles: aliquatenus, inquam, quis prior non

<sup>1. de Gen. &c.
corrupt. tex.
text. 86.</sup> omnia elementa mutari ait: terram enim non in aliam speciem transfire unquam: posterior quia putabat, longè aliud esse misionem à compositione: & forsitan aduertebat, contraria, agenti

^{Text. 84.} di facultate prædicta, si re ipsa maneant, nullo modo posse cessare à pugna: non actu manere in mixto ait, quæ miscerentur:

^{86.} sed posestate: mixtum enim actu aliud esse iam ab ijs, quæ uenire in misionem: esseque similarium partium, ut quemadmodum aquæ pars aqua, ita & temperati: partem similitudinei, quamuis minimum, eandem habere cum toto rationem. Incorporea natura, corporis propria, atque immediata, Platonii forsitan faciunt qualitates quatuor primæ, sed una temperatar: Aristoteli forma ipsa corporis, hoc est anima. Animæ au-

⁹⁰³ ^{de Timo.}

tem substantia Platoni non simplex quid est, sed compositum, ut Hippocrati: compositum inquam ex ijs quatuor principijs, terra nimirum, aqua, aere, & igne, ex quibus uniuersa narrat composuisse Deum. Duas autem eius species facit, coniungitq; una diuersissimas: alteram diuinam, immortalem, quam rationalem uocat: alteram mortalem, cuius uult esse affectus graues & necessarios. Priorem à Deo creatam dicit, posteriorem à filiis Dei. Rursus autem posteriorem secat in duas adhuc diuersas: alteramque facit principium irarum, alteram appetitionum. Priorem illam diuinam in capite locat: secundaz alteram speciem in pectore, alterā subter præcordia. Omnibus, ait, corpus circumdatū à filiis Dei: esse cigitur in usum instrumenti, essentiaz separatae ab anima. Quo autem modo corpori colligantur, & fortè inter se, excogitauit uincula deligata in medulla ossum omnium. Communicare uero inter se illas, inquit, suprema obijciente appetituꝝ in iecore spectra: itidem, reor, irascibili in corde. appetituꝝ intentare illi minas utendo amaritudine: exhibere dolorem & anxietatem constringendo iecur. Irascibilem, ut satellitem, adstat principi rationali, eaque iubente obsequi, moliriꝝ una ultionem tūm appetituꝝ, tūm externi cuiuspiam, quod fortè sit iniurium. Fingit enim inter illas seditiones & rixas, rursusque pacem, ut in populo factioso.

Aristoteles non tradit animaz substantiam, sed definit ijs rationibus, quibus uideri possit, tantūm docere, illam, uiuo animali, esse in eius corpore, qualiscunque sit tandem. Ait enim alias: esse actum primum corporis naturalis, organici: alias, ^{z. de Anima. 10.} principium uitæ: uel, principium & causam uiuentis corporis: ^{xvi. 7.} cauſamque tūm substantialem, tūm finalem in generatione, ^{textu. 18. 16. 32.} tūm nunc efficientem motuum omnium, qui uidentur in animali. Omnipotens uult esse speciem quandam incorporeā essentiā, ut ipsi sunt formaz omnes, sedentem in hoc corpore, ut in subiecta materia, utentem calore & spiritu, ut instrumentis, ut sacer tradit: spiritum enim instrumentum esse naturæ in uarios usus. Est autem, cūm incertum ait esse adhuc, anima ita sit actus corporis, ut nauta nauigij: hoc est, an penitus separabilis à corpore, separatae essentiaz, an uero forma materialis, quæ extra materiam nulla sit. Quodaliqui suorum de mente dubita-

^{*. de Gen. Cr.}
^{corr. text. c. 4. 55.}

<sup>et de Gen. z. ii
mal. cap. ult.</sup>

^{z. de Anima,}

^{xxii. 11.}

20 DE NATVR A HOMINIS

tum existimant: sed, ut uidetur, dubitatum est de tota anima.

2. de Gen. ani- Vult autem animam effici, producique in materia (quam san-
mal. cap. 1. guinem menstruum esse dicit) a genitore, cuius natura femine-

Cap. 2. & 3. utatur, ut instrumento: cui quidem genitorem modò ait dare
motum, modò principium uitale, modò originem & princi-

2. de Anima. prium animæ: quare animatum dicit esse semen maris. Tria-
autem animæ genera cum uiderentur, quæ singula seorsum di-
uersa genera animantium constituerent, vegetabile, sensitivum,

~~textu. 30. 31.~~ rationale: animam hominis, specie unam eandemque, ea om-
nia habere ait, ea tamen ratione, ut inferiores, vegetabilis, &

sensitiva, potestate tantum essent, ut in quadrato triangulus;
aut (ut ego clarius, & magis naturaliter exponam) iam faculta-

tes tantum rationalis. Sed ipse, qui ita docet: animam produci

in materia, quæ potentia sit corpus tale, esse corporis formam,
proindequæ corpori obnoxiam, ab eo inseparabilem: diuidit

rursus illam in duas partes longè diuersæ conditionis: quarum

alteram (quam vocat mentem, intellectum, contemplatiuam
potentiam) accedere ait foris, solamque esse diuinam, incor-

29. 20. & 21. 2. de Gen. animal.
cap. 3. commentarijs, alijs refellit eam sententiam, alijs fatetur, non
dunq; quidquam manifestum esse de ea re: non quia nondum

demonstrarat, ut aiunt aliqui suorum, sed quia nesciebat certum.

De spiritu autem illo; quem modò Aristoteles naturæ instru-

mentum facere dicebamus, audire etiam adhuc fuerit operæ pretiū:

cap. 4. Sic enim ipse met, libro de Mundo: *Spiritus item natura ani-*

mata & facunda nominatur, que in animalibus & stirpibus per

2. de Gen. ani- *omnia meat.* Et de calore & spiritu, alibi: *Sed enim omnis anima*

sive virtus, sive potentia, corpus aliud participare uidetur, idq; magis

diuinum, quam ea, que elementa appellantur. Inest enim in

femine omnium, quod facit, ut facunda sint semina, uidelicet, quod

calor vocatur: idq; non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus,

qui in semine, spumoso corpore continetur, & natura, que in

co spiri-

eo spiritu est proportione respondens elemēto stellarū: quam ob rem
ignis nullū animal generat: at uero Solis calor, & animalium, non
modo qui semine continetur, uerum etiam si quid excrementi sit,
quamquam diuersum à natura, tamen id quoq. principium habet
vitale. Tum alio loco adhuc magis explicatē: Generantur 3. de Gen. anā.
in terra, humoreq; animalia, quoniam humor in terra, spiritus in mal. cap. 6.
humore, calor animalis in uniuersō est, ita ut quodam modo omnia
anima plena sint: quam ob rem coſtunt celeriter, cum calor ille
comprehensus, ſive exceptus est, comprehenditur autem, & humoris
bus incalescentibus efficitur ueluti bulla ſpumosa. Etiam alio:
Putrefactis, inquit, facillimè ingenerantur animalia, quod excreta
caliditas conſtituit, & componit corpora. Galenus in animali In primis
duo calida ponit, effientia ſeorsum utraque, ut uidetur: quorū
alterum uocat natuum, alterum aduentitiū. Prioris substantia
superiū descripta est: posterioris ſiccā ait esse & igneam. Vocat
autem aduentitium, non quia uel in primis ortus primordijs
non fuerit, ſed quia ipſa die prodere ſe, in ualeſcereq; uideatur.
Aitque, natuum ſuperare in pueris, aduentitium in uiris: illud
hyeme copiosum eſſe, hoc aſtate: & quemadmodum
ab illo omnia naturalia opera recte peraguntur, ſic hoc eſſe in
cauſa omnium ferè morborum calidorum, atq; ſiccorum. De Lib. Quid ani-
ui naturæ ppria & immediata, haud ferè aliud habet, ac natuā, ſuspicatq; eam eſſe temperamentum: aliquando spiritum mi mores: &
animalē uocatū, cerebri cellas inhabitanſe, aliquando in ſitum libi ſep̄.
cerebro; aliquando toti corpori: eſt, cum natuā caliditatem 7. de placitū, ſe-
cerebri, aut totam ſpeciem conſtitutioni ſcius. Ferè autē fatetur ref. c. 5.
ingenue, nescire ſe: quemadmodum euifam animalia formā, de Tremore,
ſecm: quamquidē modō ait eſſe ſemen, uim ſominalē: modō ſe. cap. 6.
mentem, quandam à corporibus superioribus extensam per De Format. fix-
aera, qui uim auſsumat à Sole, dum lucis cius fit particeps. Uſque ibidem.
tamen dubitanter: ſicut dubius eſt ſemper, anima, & uis forma- 17. de Vſu part.
tix, uis idemq; ſint, nēcne. Neque inuitus fateretur, ipsam cap. 1.
animā efformasse corpus, niſi quia in anima, uergetali ab Aristo- De Format. fo-
rele appellata, à Stoicis natura, non agnoscit rationem & ſapien- tuum, cap. ult.
tiam: & niſi uideret (ut inquit) quod motus ſedimus, instru- ibidem.

*Ibidem.**Ibidem. & frag.
in Timaeum.**De Form. factu
cap. ult.**u. Methodi.
cap. 5.**Ibidem.**4. de Simplimodi
fac. cap. 9..**7. de Placitis.
cap. 4.**Lib. An sanguis
in arterijs cont.
cap. ult.*

mentis mouentibus ignoratis. quare neq; post partum animal dispensari suspicatur ab anima rationali. Simplex autem ne sit anima, an non, in dubio itidē est. Aliquando enim facile concederet rationibus eorum, qui totam simplicem illā posuerunt: aliquando non; sed duplē saltem: maullt: neque id alia de causa, nisi quia mens & ratio naturales rationes, operationesque minimē nosse uideatur. Quocunq; autem modo

se res habeant, illud sine ulla dubitatione pronunciat: nempe, pōst quām formatum fuerit corpus uniuersum, in toto uitæ curriculo gubernari tribus motuum principijs: ex cerebro per nervos & musculos ex corde per arterias, & iecore per uenas: quæ principia passim uocat facultates: quæ autem sint illa, hoc est, qua essentiâ, non audet manifestè constituere, ueritus ubiq; definire animæ substantiam. Quām autem diuersa omnino, uideantur principia, tamē conseruire & conspirare ait: modum uero intercā nullum demonstrat. Tum quodam loco delegatijs principijs tres spiritus, solum unicuique, quos uocat nominibus, quibus solet facultates; animalem, uitalem, naturalem: & animalis quasi fontem facit cerebrum, uitalis cor, naturalis iecur: qui quidem inde procedentes, primus per nervos, secundus per arterias, tertius per uenas, in omnem partem, sint uel instrumenta, uel uicula facultatum. Quanquam uitalis ait non esse euidentem demonstrationem, & de naturali magis ad huc dubiè pronunciat. Sed neque semel certa & firma est uiro illi sententia de processu eiusmodi omnī spirituum: est enim

5. de Simplimodi ubi, sed uacillando, per alios nervos, quātū visorios, non spiritum, sed facultatem tantum transmitti statuit: idq; ob tenuitatem fibrarum, nam, si pernia ea essent, tanta facilimē discerpentur, inquit; tamē meatus in singulis penē momentis obscuratur: et, Facultatisib; celeritas mouendi conuenit corporibus eadem aduersatur. Hec ferè iij. uiri de natura hominis: quæ singula ordine reuocandā in examen, excutientiaque sunt.

Quatinus

*Quatuor humores non respondere ijs elementis, quibus sunt relati: neque esse absolute tales,
quales sunt positi: humoris etiam nomine simpliciter non recte
uocatos. C A P . III.*



Vatuor ne sint prima corpora, uocata elemēta, & talia, qualia sunt posita: nec nō aut ex ijs omnibus simul cōmisiſſis sit necesse constare alia omnia, quæ generatur: non patitur res proposita ut exquiramus. Agemus autem de quatuor uocatis humoribus: quare remusq; num singuli respondeat ijs elemētis, quib; sunt relati: num sint tales, quales sunt traditi: demū etiā, num recte humoris nomine simpliciter sint affecti. Si enim ostendā, id nō esse: erit satis ad disturbancem, cuerſionemq; eorum prīcipiorum. Ego enim id ut aſſeram, faciunt eadem argumēta, quibus utuntur ipſi auctores eius ſententiaz: uidelicet ducta à colore, conſiſtentia, & ijs, quæ patiendo ſingulis eueniunt. Hippocrates .n.: cūm ſubſtantias dijudicat, inſpicit colores, fractatq; conſiſtentiam: Galenus ait, ^{1. de Vſu} colore, duritiem, molitiem, neceſſariò conſequi tēperamentum, quod quidem ipſi partium ſubſtantia eſt. Plato iudicans ^{part. cap. 9.} in Phadre, naturant quamq; attendit facultatem, quam ea habeat uel ad agendum, uel ad patiendum: it idemq; Couſ. Iam uero ſanguis ruber eſt, & tenuis, & aëreo refertur elemēto: pituita albet, eſtq; crassior, & ſubditur aquaz: biliſ ſluua eſt, & clementari ratione tenuior ſanguine eſſe deberet, quando attribuitur igni: melan-choliaz ipſo nomine refert nigredinem, eſtque crassia, & à terra agnoscitur eſſe. Auctor autem libri de Coloribus, qui uulgo Aristotelei attribuitur, ſcribit, rubrum colorē exoriri, ubi copioſum ſummi primo nigro tēperatur, hoc eſt, cum re magis opere nigra confunditur. Id quidem non eſt necesse, ut, cui lumen misceri debet, uehementer ſit nigrum: nam etiam ſub nubes tenues, tenuesq; exhalationes radij Solares contrahūt rubore: ſatis eſt, eſſe crassiusculum, & opacum, quod à ſe non luceat. Cetera recte dicuntur: idemq; docet Plato, idem ſensuſ. Cur igitur ſanguis non attribuitur igni, qui ſolus uidetur lucere inter

clemēta? aēr.n.dum aēr est,quām uis densatus, nullum fortassē reddat lumen: nostris certē auctōribus nullum. Galenus uerò ipse ueretur aliquando, sanguinē ex colore aēri assimilare. Tum qui sunt prudentes rerum, norunt, colorem flauum esse infra rubrum, hoc est, nigro uiciniōrē. quod si ita est, ut est: cur bilis non alij tribuitur elementō? aut, si id non potest fieri, cur non ignis dicitur esse magis passi, & affecti, quām in sanguine? Pitui-

ta iuxta Aristotelis & aliorum sententiam, falsam illam quidē.
2. de Gen. ani-
mal. cap. 2. sed sensu imperito probabilem, albior est aqua, undē esse fertur unde nam ea coloris accretio? Ex spiritu admisto, dixerit Gale-
nus cum Platone, & aliquo alio. Sed mitto, quōd nō nigrescit
sub aere, ut spuma, & semen dissolutum, ut deberet, iuxta ipso-
rum rationem: si multus sp̄ritus in pituita continetur, cur nō
iam est multō leuior aqua? Si uerò ostendant rationem, quā
aliquid tam tenuē, quām aqua est, compositum multō adhuc
tenuiori euadat crassius; uendant tota cum gēte Donium. Ergo
ex admista terra accesserit albor pituita? Id quidem recte pro-
cesserit auctōri libri de Coloribus, qui terram quoq; ponit albā:
at unde nigredo melancholia, si id fuerit? Ex aduōtione diceret
ille idem. Sed hīc ne quidem ipsi teor recipi ea cauſsa possit.
Quia enim melancholia etiam ad ipsa primordia generationis
coferri existimatur: si uero perpetuo cauſsa sit eius nigroris, pla-
nè oporteat, statim in ipsis priuordijs calorem animalem, qui
quidem, fatentibus cunctis, per ea maximē pollet, & agit, esse
urentem: qui tamen numquām urens posse esse existimatus
est. Nolo dicere, impossibile prorsus esse, ignem quidquam,
quod album, & totū tale sit, posse reddere ullo modo nigrū:
qui enim nigra ille faciat alba corpora, qui candidus est ipse?
Sed terra ipsa nigerrima est, & nigrorum priuolum; ut alibi est
demonstratum: quare recte & uera ratione à terra esse dicetur
substantia, quae nigra uideatur. sed ea nullus umquam fuerit
humor, ut iam manifestabitur. Vērum enim uero substantia,
cuius secreto est rūbor, tenuior est ea, cuius secreto est flauores:
est enim illa natura gradū maioris, & in materia omnino sedē:
tis tenuiori. Nosse id possunt recte iij, qui hoc tempore stillanti
uaporario segregant dissimilitudinē compositorum, si ut recte
operentur, sic recte ratiocinentur, tum etiam quicunque uelit,
in his,

in his, quæ omnibus sunt in itianibus: pomorum enim & florum, si igni admoueantur, aperte citius evanuerit rubor, quam flauities. Quo igitur iure substantia tenuior crassiori elemēto attribuitur, crassior tenuissimo omnium? Atq[ue] inquiet, sensus iudicio, bilis maiorem præbet calorem. Itud quoque, inquantum ego, imperitorum iudicij est. Primum. n. s[ecundu]m minores naturæ uchementius nos mouere & alterare possunt, quam maiores, si materiam copiosiorem subiectam habeant, proinde que copiosiores sint ipsæ, & pluribus agant eopijs: nam ipsæ flammæ non passæ aliud, ac in amplius diffusæ, non urunt amplius: & calcis uens spiritus aliquando non sentitur, nisi affundatur aqua. Tum fieri potest, ut substantijs corpulentis per accidentes insit uis caloris, ut ignito lapidi: deinde etiam, ijs coercentur subtilis halitus, cuius uerè sit aetimonia: quibus tamē nominibus ex minime propria natura calidæ existimari debet. Quid aut̄ est, quod ijs humorib. (ut ego sic semel uocē) dum à calore assuntur, accidit? Sanguis tostus agitur in bilem. esto hoc, si dijs placet: nam aēr humiditate spoliatus in ignem uerti dicitur. At quid est, quod bilis flaua magis tosta in atram agitur? ut substantia igni propinquia, de igneo elemēto constituta, calore agente, uertatur in rem specie & consistentia terrestrem? Nullam substantiam, quantum in se est, reddiderit nigrā candidus ignis, nem̄ ad suam uniuersitatem pertineat. Idem potest obijci de pituita, quæ etiam atq[ue] etiā uista, bilis atræ specie induit, negent id licet multi: nam si tu ipse igni torreas, uideas eam nigrū similem colorem. Vnum responsum dari potest, nec præterea ullū. nem̄ p[ro]p[ri]e, quod ei, quod bilis dicitur, & ei, quod pituita, multū adhuc rei terrestris admistum sit. Verum sanè, sed quod duæ accusationes consequantur. Una, quod nullo modo sunt tribuenda huic elemento ea, quæ sunt alterius, quia istis, quæ huius sunt, composita sunt illa alterius: altera, quod uon simpliciter dicendum est, bilem, aut pituitam à calore agi in rē terrestrem: fit enim uerè sic: Tenuiores partes, uel aquæ, uel aereæ, uel quæ ijs sunt proximæ, educuntur à calore: terrestres sunt reliquæ itaq[ue], nulla uersio fit tenuiorum in crassiora, sed segregatio ab illis. Nolim autem quemquam nunc dicere, non à consistentia, aut colore, aut ijs, quæ forte accidant, iudicandū de ijs

de ijs substantijs, sed à facultatibus, quas gerere uidentur. Primum enim id est contra maiorum sententiam, atque factum: deinde alienum à natura. Ut enim uires, facultatesque substantiarum sunt, & usque certe certarum: sic illud est in natura certissimum: nempe, ut pro uiribus substantiæ cuiusq; , quæ quidem semper fuerint pro gradu & copia naturæ, quæ illam constituit, sint etiam ceteræ omnes eius conditiones: consistentia species, (hoc est color) operatio. quæ igitur ijs differunt, his etiam different. In primis apertum id est: ergo in secundis, & deinceps alijs, uerum ubique erit; composita sint licet cum dissimilibus: corporum enim usque eadem sunt pro genere conditiones, quamuis imminutæ, atque mutatae. Neque hercules aliter processerit natura: quid enim esset, hoc habere suas uires, speciem alterius? Sed non possum ferre, ut ex substantiæ absolute humores uocentur: non enim terra, quia aquæ communista est, aqua uocanda est: & humor uerè, & propriè id est, quod iam liquidum, uereq; cedens est, quodque à calore nullo umquam qnoquo modo agi in rem crassiorem & nigram, queat: quod quidem in natura à uiro prudèti tantum id, quod aquæ, aut uapidæ consistentia est, esse agnoscitur. Confusa tractationes, & parùm consideratae nominum impositiones, obscuritatis, dubitationis, errorum, fallaciarum sunt caussæ: quæ uiro amico ueri, quiqe signatæ, atque aperte res tractare cupit, studiosè eauenda, & pro uiribus tollenda sunt.

*Mistionem, & temperamentum, qualia posita sunt,
esse nulla: idq; ipsorum etiam ueterum mul-
tis enunciantibus, & demonstran-
tibus. C A P. IIII.*



E mistione autem, temperamentoque, longior fuit alteratio, ut in quibus multa, & difficultia, consideranda ueniunt. Sed uero, ne illa tanto labore, tantaque contentione elaborata, non modò in hominis corpore, sed in uniuersa natura, nulla siat prorsus: nulla, inquam, qualia sunt constituta: quippe, ut per ea, plura diuersa inter se, contrariaque, conspirent in unum, unumq; agant, unaq;

unaque operentur; aut uero simul unam aliam speciem, formamque naturae sumant. **Natura** enim, dum est, nullo pacto mutare se, aut obliuisci sui, aut ponere proprium studium potest: itaq; quæ sunt natura contraria, nullo umquam modo contraria esse desinere posse uidentur: & si pugnacia sint, nulla conditione, ratione nulla posse non pugnare, si committantur. si. n. id fiat, cōtraria esse desinat: at hoc fieri nō potest; ergo neq; illud fiet umquam. Duo modi sunt excogitati à nostris principiis cōtraria cōciliandi: unus ab Hippocrate, ab Aristotele alter. Ab Hippocrate quidē, manentib. corporū miscibiliū formis, ea penitus cōseri, atq; cōponi: quod deinde, per qualitates eorūdē, ex quo omnia alterantes, temperatio, & quædam in unum deductio cōsequatur: ab Aristotele, super hoc, uel occultari, uel obscurari (uix enim inuenio idoneam explicationem) illorum formas: quæ omnes, quasi ab officio paullum decedentes, dent nobiliori aduenienti locum, mox ramē, ea abeunte, uel de eius oppressione elabentes, proditur se. Quorum quidem prior nullus est, ut quo nihil agatur: posterior falsus, impossibilis, ne auctori quidem probabilis, neque probatus. Nam si maneant substantiaz singulaz proprijs formis, planē nulla adhuc sit coitio in unum: quī. n. potest unū aliquid codem tempore esse hoc & illud? nullum temperamentum: quī enim potest aliquod conceperisse, & iam quasi ex dimidio proprias fecisse qualitates alienas, contrarias suis, propria adhuc retenta forma? Qualitates enim primaz si non ipsaz sunt formaz (sunt autem Hippocrati, quando ipsi illę unā cum materia totam constituere uidentur substantiam) certè ita se habent ad formam, ut prout ipsaz proprie sint, talis corporis sit forma. Alienaz, si quæ modò inuaserunt, atque insunt, per accidens insunt: & pugnant illaz quidē, sed nō dum uerè aliam rem fecerunt, nec fecisse debent uideri. Ea uero scorsum mansio dissimilium, licet maximè compōsitorum, cognita etiam Hippocrati, clarissimo arguento est, pugnare etiam ibi dissimilia. Propterea n. est, quia nihil habere uolunt naturaz commune cùm dissimilibus, proindeq; usq; se scorsum tuentur, alienasque arcent. Contraria mutua actione agi in unum medium, in quo deinde conueniat illis, dicere, uerba sunt: at ostendatur ratio, qua id fieri queat. Num ea effracta,

C atque

atque alterata mutuò, ponunt tandem odia ultrò, coëuníque in unum? At sunt contraria natura, & naturæ eorum, hoc est qualitates, effrænes. An uero id sit uis, alterius viribus alterum retinentibus, cohíbentibusq; in medio uel repugnans? Id uero pugnare est. Nec oportet dicere; non dolet homo, ergo recte procedit mistio: inscientis enim est tale dictum. Propterea id sit, quia ea natura, substantiaque, quæ uincit & dominatur sub hoc corpore, una ipsa & simplex, benè rem gerit, dissimilesque contrariasque frangit, premit, agitque ad interitum, ut earum nihil quidquam contrà ualeat, ut probabo postea: non beneficio misionis, quæ nulla est. Aristoteles autem ipse fatetur, nō aboleri miscibiliū formas, alioqui generatio esset alterius.

^{a de Gen. &} Si non abolentur, ergo manent. Non manent, inquit: nam uel corr. textu 8^r si secundum parva ea seruantur, compositio sit. Si non seruantur, ergo perirent. An uero est ullum medium? Esse, uidetur dicere

^{Textu 84.} ipse: Neg, manent enim, neque corrumpuntur, inquit: seruantur enim & triusque potentia. Quid per Deum est ista potentia, quæ ipsi tot in physica expedit difficultates? Hic quidem necessariò haud aliud, ac habilitas ad formam: tamen non accipiendam, non habitam priùs, ut in generatione; sed aut recuperandam, modò non amissam, aut iterum proferendā ueluti occultatam. At id omnino oportet fiat aliqua actione: ecceius erit actio?

^{z. de Gen. &} Separati alicuius efficientis non potest esse: non enim uidetur adesse ullum, quod statim ea reddat talia: ergo eorum ipsum, quæ sunt potentia. Erunt igitur talia, quæ agere possint, antè quām sint actua talia, hoc est, antè quām resumant actum. At manent oportet formæ elementariae in mistis, alioqui ne ele-

^{corr. textu 48.} menta quidem sint: & manent etiam ipse Aristoteli: negat enim elementa esse materiam misionum. aliqui suorum, Elementum, inquit, natum est manere, in quantum elementum.

Cur id? scilicet, quia tota substantia ea maneat in misione. Sed quid plura? ipsem et quantum potentiali illi rationi fide- ret, ostendit, cum rem incertissimam, obscurissimamque relin-

^{1. de Gen. &} quens, Nammittans, ait: cedens manifestè difficultati. Id ani- naduertentes ingeniosi aliqui suorum, concentum qualitatum dixerunt esse temperamentum: alij misionis rationem. Nugæ, & gerræ: illi non proficiunt hilum, hi certè non uidentur ipse

ipſi quid dicat. Concētus non eſt omnino unū, ſed multa unā. Rationis autem uerbo ſi adiſtruant formam quam piam, qua miftio tandem fit miftio; ſicq̄ue exiſtunt confeſtam rem, quando forma omnis exiſtit natura per ſe ſimplex & indiuidua, petant principium: negatur enim in präſenti cauſa poſſe eſſe tale quidquam. Cūm autem ratio uerè non fit aliud, ac circumſtantia quædam rei, ut poſtē ostendetur: critegregijs uiris id, quo res eſt, quod eſt, uerè circumſtantia cius. Verumtamen ſi per miftionem, temperamentumque uel in unum medium aguntur contraria, uel unā agunt, unaq̄ue operantur; cur mifta omnia in dies per ſe mutantur, & nobiliora in horas, in momēta, internā actione consumuntur? potest ne ulla eſſe pax, aut quies, qualis deberet eſſe in temperamento, ubi plurima continentur, celeriterque mutantur, atque int̄creunt? Nam non ſanguis, aut caro, aut cetera corporis nostri, ut ſunt, hoc eſt, ſanguinē, carneā, conſistentiā, efluunt, ſed mutata in aliud: ergo tota maſſa ſanguinē, & carneā, & aliae, uim patiuntur, & ſuperrantur, & rapidē coſumuntur. At fit tamen, dicent, aliquatrem peratio: niſi enim fieret, nihil morarentur mifta: atque in nullo eorum ſentiuntur qualitates ſummae. Quid eſt, inquā ego, quia quæ uincuntur, non ſe deſcrunt, ſed repugnant quod poſſunt, itaq̄ue uictorem morantur, dicere cum temperare? lignū moratur ignem edentem, ergo ignem temperat. Si nullæ uires maſtorum ſentiuntur ſummae, propterea eſt, quia uerè nulla uirū ſubstantia, quæ in ijs eſt, ſummā naturā eſt: & ſi qua ſummis ſinilita eſt, pimiū exſilis eſt. Negent licet illi, qui clamitant, formas non intendi & remitti, ſubstantias non recipere magis & minūs: qui (ignorant uera dicenti) neſciunt de quibus loquantur, hoc eſt, formarum eſſentiam, ſubſtantiarumque condiſiōnem. Temperationem tamen (iostent etiam fortasse) fieri per miftionem, indicat res ipſa: nam non modō quæ natura miſcuit, ſed etiam quæ nos, ſi ſegregentur, reddant uires maiores: & rufus ſi miſceantur, retundant exſuperantiae, & uim ferē emittant unam medianam, moderatam, ſi ad ſimplices priores compaſſetur. Ad quæ ego non repondebo aliter, ac reddens rationē pī eorum, quæ eueniunt: ea enim ignorata, erroris eſt cauſa. Qualitatis actiū, & conditiones ſunt, ut in ſubſtantia, quæ ſynt, ſemper ſint tantæ, quanta natura eius ſubſtantia ian-

cit, si aliud natura à qualitate est: si uero per multiplicationem
inde foras protendantur, ut de igne calor, aut de niue frigus;
quò quidem in longius, ampliusque diffunduntur, cò magis
languent: sed si forte per spatiā misceri contingat dissimili, cò-
trariæque ui; dictu mirum: quia non habent ubi quasi sistant
gradum, cuique innitantur, statim, temporis momento, affici-
untur, atque murantur: tam facile, eas uinci extra corpus, cu-
ius sunt, est. Atque sic diuersæ, contrariaque commissorum ui-
res de ijs manentes, simulque uenientes per eadem spatiā (non
enim præcludūt alijs incorporea locum) miniruntur omnes
mutua actione: non tamen propterea aut ipsæ, aut ea, quorum
funt, fiunt unum: diuersæ, contrariaque sunt, & talia esse uo-
lunt, atque pugnant. Vna tamē aliquando sentiri uidentur illæ,
tum quia quod sentit, unum numero est, eodemque tempore,
ijsdemq; partib; sentit: tum quia uel ea nō mouēt admodum
impariter: uel (quod est ferè) quia una aliqua earū est tamē præ-
potēs, quæ cæteras quasi obscurare ualeat. nam sic ubi forte ma-
gnopere dispare sint, nec una uchemēter reliquas retinat, pa-
lam secretò sentiantur. Cæterū si sumā ego unusiquod i-
storum, quæ mista dicunt, segregemque, ostendam centum or-
dines, gradusque, ut mediæ subsstantiæ, sic mediarum qualita-
tum: qui si singuli sunt tales propter mistionem, quis erit mi-
stionum, & temperationum in uno singulare finis? in corpore
nostrō mille erunt mistiones, mille temperaciones: quod ne-
scio quare explicabile sit negocium. Galenus passim afferit,
mista ad sensum uideri unum, naturæ nihil minus esse: & Hip-
pocrati ea in re subscriptit: atque insuper multis locis id egre-
giè bellissimeque demonstrat: ostendit enim, in multis uoca-
tis simplicibus substatiæ esse ualde aduersarū, contrariarumq;
qualitatum, quæ palam seorsum agunt, seorsumq; percipiuntur:
& uel in quibus non percipiuntur, itidem esse, atq; actu, dicit.
Rectè sanè: quæ enim ex ijsdem eadem ratione constituantur.
ab omnibus nominibus eandem habent rationem. Vbi nunc
sunt illi, qui contendunt, uniuscuiusque misti prorsus unicam
esse formam? Qui possunt una eademque forma naturæ, quæ
sit quasi in termino (sic enim ipsi uoluunt) contineti ea, que sunt
contraria actu, quæque iam manifestè seorsum agunt? Sed oe-

*z. de Simp. me.
fac. cap. 14, 15.
24. & lib. 4.
cap. 3. & ult.*

casus etiam qualitatum primarum, quæ (ut dictum est) si non naturæ ipsæ corporum sunt, certè maximè naturales sunt, mani festè demonstrat, nullam fieri posse temperationem, qualis præscripta est. Planè enim ex occidunt, non quia abeant in contrarias, quâ n. id fiat? sed quia dentur neci, sicque esse desinant. Si autem sic desinunt; ergo cùm minuuntur, non propterea minuuntur, quia participet contrariam aliquo modo, sed quia ui frangantur, & pessum dentur. Elementa autem non mutari diuturna actione qualitatum alienarum, nullus umquam dixit Aristoteles, neque ullus opinor Hippocrates, cùm manifestè re pugnet ueritati: nihil enim cerneretur mediū, nisi prima descēdissent totâ substâtiâ: (nam si est dictū, moriente homine unum quodque eorum, quæ sunt collata ad generationem, redire ad suam ipsius naturam, & ad id, unde est; Hippocrati, puto ad suam synceritatē, intellectum, abeundo de medio dissimilium & contrariorum: Aristoteli autem non statim, reor, in ignem, aërem, aquam, & terram, sed aliquo tēpore post, nimirū ubi per motum, multasque adhuc mutationes, redire ad naturam eorum principiorum potuerint:) sed qui uolunt non mutari in media corpora prima, illi planè in mediorum constitutione negat sensum & rationē: unde enim fiat media, primis semper incolumibus? Sic apparet, inquit, præsentia alienæ qualitatis. Sed uolosciāt, in substantia summi naturæ nullo modo posse durare qualitates alienas. nunquam uideas flammam frigore mistam, acque niuem calore igneo oppletam, etiam si nix non sit primum frigidorum. Mutetur oportet prima, & descendant naturæ eorum, si media fieri debent. Istorum uero opinione, mista fuerint falsa quædam spectra, ostendentia quod uerè minimè est. Nos agnoscimus, prima corpora mutari, & transire in omnia media, ui & actione contrariorum: simplicia autem illa data sunt, contrarijs naturis, contrarijsque prædicta uiribus: & dum naturas habebunt contrarias, hoc est, dum erunt, semper secum uolent esse, nihil habere commune cum contrarijs: non possunt enim contraria esse simul: pugnabuntque prouiribus, ut ne alterum contactum alterius, uiresque patiatur: citiusque pereat natura, quam si aliter. Comprobatur id omnibus argumentis, sicut uisum est. Quam ob rem tandem sine dubi-

tatione statq;atur, nullā mistione esse, nullū temperamentū, quale traditū est. Quod ctiam ipsi, quibuscū disputamus, cognoscere potest at uel ex eo, quod ferē omnes sunt testati: scilicet, quod in misto superet unū aliquod, & motus omnes fiāt iuxta naturā suā perāntis. Quod quidem postea usque adeò uerum est uisum, ut sectatores aliqui pronunciare sint ausi, impossibile esse, ut ex æquo quæpiam misceantur. Si per mistionem compositio intelligatur; rectè est, & nos, & natura accipiet: nec uideo, cur nō sic decernamus, atq; loquamur. Si per temperamentū, fractio atque imminutio actiū qualitatis, uel nudæ, uel cum substantia, cuius est, cōtrariæ actione & ui deductæ in gradus minores, in quibus sit erga nos lenior: & uerè, & secundum naturam pronuncietur: aliter nulla esse ueritas potest. Sublata mistione, quæ tamdiū miscuit philosophiam, nihil erit, quod nos uel incorporeæ naturæ, uel animæ cauſa remoretur, si eę ex mistione, temperamentoque dicantur existere.

*Si omnia elementa insensilia sint, nullo modo mutua
tantum alteratione & mutatione, nihil ac-
cipiendo foris, posse assumere se-
sum. C A P. V.*



I quis fuit, qui existimaret, ex elementis, omnibus insensilibus, tantum se inter se mutuò alterando atque mutando, nihil extrinsecus accipiendo, posse sentiens exoriri; is uerò nono atque acerbo dignus est accusationis genere. Quādūcū fieri potest, quātūq; actione passioneque contrariorum, quidquam constituantur extra genus? nec modò extra genus, sed quod tantò genere cōprehensa excellat, quantò sensile insensili nobilius est, atque præstantius? *de Elementis. cap. 3.* Potest, inquit Galenus, per multas medias transmutationes, quod interim est nigrum, mox album evadere, & quod interim est alba, mox fieri nigrum: Et quod interim est sensu expers, mox sensu accipere. Quod nam simile est hoc, uir eximie: Cōtēdere aliquis posset, non similem esse rationem accidentis & formæ substancialis, quæ quidē principium est uel sensus, uel insensibilitatis. At esto hoc, quando uerò numquā nouus exorietur color, nisi tota

tota mutetur substantia, cuius uerè est color, te prædicante, qui statuis, colorem necessariò consequi temperamentum, quod tibi constituit & compleat substantiam: Sed si corpus mutatum cum alia forma alium sumit colorem, id sumit, sine quo esse nullum corpus potest: nullum enim corpus sine colore: at de sensu tibi nō item: uidetur enim in alijs, in alijs non. Quæ igitur eo carētia, sumere eum debent transcedant tibi suam formam oportet, transēantq; ad ea, quæ sensu prædicta sunt: à se enim quā mutent genus? Quām uis simul inter se misceantur, & ut uis se inter se afficiant & alterent, quā acquirant id, quo ipsa omnia careant? Dei certè alicuius ope ad eam rem fuerit opus. Sed neque si similia quadrent, eadem adhuc sit ratio. Agitur enim nigrum in album, & hoc in illud, pereunte albedinis, nigredinīsue formā: at insensibilia sensum assumunt tibi non occasu suo, sed mutua compositione & cōmissione, alterationē modò subeundo. nullus .n. adhuc humor seorsum sentit: sed omnes sic simul commissi in corpore humano, tibi sentiunt. Galenum miror, uirtutem talēm, qui ipse ostenderat, nihil diuersi generis posse ijs, quæ componuntur, aduenire, cuique non tam facile sicut remē allata recipiebantur, potuisse inclinare in eam opinionem.

Platonem, quæ de anima origine, & hominis formatione loquens est, ut theologum loquendum esse. Tres uero species animæ diversæ essentia imprudenter constulisse in unum: non habere quem offendat modum probabilem earū communicationis: seditiones & rixas inter eas turpiter excitasse.

C A P. VI.

Plato autem quæ de origine animæ, de creatoribus specierum eius, de formatoribus hominis est profatus, ut theologus est profatus. Itaque missum faciemus eum, quando in tota hac tractatione diuina nō attingerē proposuimus. Nam si quis tantum naturaliter agi expertēs quereret ex Platone probationem eorum, quæ sunt pronunciata, nō ille haud iure ageret: proindeq; nō debet eti-

rari, si fortè frustrè se quæsiuisse cognosceret. Trium uero spicerum animæ in unum ad portatio & cōsociatio, certè imprudentis, inscientisque est: neque enim aliis faciat id facinus, nisi qui non assequatur rationes, quibus operationes, motusque omnes, qui in animali æduntur, ab unica, tota consimili sibi, sint, ædanturque anima. Factum autem indignum est etiam mediocri philosopho, uel naturali, uel diuino: quis enim, uel sine probatione ulla, secum ipse non deprehendat, eam substatiā, quæ percipit rationes rerum, deque ijs iudicat, candem ciere in causam iniuriosam motum, ubi indignè ab ea secum agi decreuit? quæ aliter persuadeant, nulla sunt. Appetentiam autem omnem sentientis esse animæ, non indiget demonstracione: at sentientem eandem esse, ac quæ ratiocinatur, ostendam etiam posterius. Modus autem, qui communicationis earum est allatus, meras habet fabulas. Neque enim iecur tale est, in quo imagines affingi, proferriue queant, ut neque cor: neque ciendo bilis amaritiem, & iecur, portasue constringendo, excitari intentarique possunt omnes, quos ipse appetitus tribuere posset, motus. Tum in iecore paruuus est sensus: ut non propter eius constrictiōnem fieri tantus strēpitūs, tantæ uociferaciones queant, quantas fingeit Plato. Sed intentare, percipere, obsequi dicere, & alia talia, uerba tantum proloqui est: at modi, & iij quām fieri posset euidētes, probabilesc, erant ostendendi. Seditiones autem & rixæ spicerum animæ, quām turpiter sunt excitatae? tum frænationes, domationes, cōcordia, obsequia, & cetera eiusmodi, quām inaniter & falsò commentatae? Sic enim uero fit: Sæpè electuræ animæ uel plura obiiciuntur imparia, diuersaue, quorum neque eadem conditio sit, neque idem futurus finis: uel unum aliquid, à quo non idem perpetuò fructus speretur, sed primò bonus, deinde malus, uel contraria. Tunc anima, una, & simplicissima, ambigit secum ipsa, hōcne, an illud malit: accipiātne hoc prius, an uero non: ubi constuerit, nulla apud ipsam fuerit dubitatio amplius, quam pugnam existimat Plato. Est uero, cùm sibi ipsa uim facit, pugnatque quodam modo: nimirūm quando iam blandè, dulciterq; ab aliquo mouetur erga id, atque alioqui non ingratis sequeretur: sed habens conceptum aliud, uel quod sequuturum esset,

set, uel iam sit amittendum, non uult, seque ipsa retrahit, cohicetque: aut quando furiosè cictur, seque ipsa conatur coercere. Est, cum sibi quoq; ipsa irascitur, tamquam malo iudici, quā in deliberando dectruerit nocenter, aut indignè. Quz quidem omnia si unius, eiusdemque, & simplicis animæ ponantur, ut sunt; tūm recte fiat, & congruenter ad ueritatem, tūm longè fascilius, longeq; apertius reddantur rationes, exponanturq; omnia; ut par quidem est ab eo, qui profiteatur alios docere causas rerum. Nam quòd causa Deus esse dicatur, qui sic fecerit, uel sic uoluerit, non propterea semper absoluetur Plato: quia sèpè magis adhuc, optimoque iure, damnabitur. si quod enim est agens & operans, quod longè optima, & in omnibus convenientissima ratione agat & operetur, quodq; eo etiam superalii omnia, id certè Deus esse existimandum est.

*Aristotelem, qui non proferat substantiam anime, non posse uerè, aut rectè de eius actionibus, passionibus, operationibus ediscerere: non posse ostendere, quo moduлатur spiritu & actibus qualitatibus, ut instrumentis: frustra conatum docere, à quo ea producatur, modumq; ostendisse incepimus: male eam se-
casse in duas partes penitus diuersas & se-
parabiles. C A P. VII.*

 Vm Aristotele scorsum diutiùs agam, qui uir est acer, & fortis, disputator subtilis, meque unus miseriùs vorsit, quam multi alij. Primum exigo, proferat animæ substantiam: suis enim finitionibus plane non profert, sed circumscribit: affertque uel quod sit obscurius eo, quod queritur uel nihil magis secretum, quam possit uidere qui quis de uulgo. Cùm *οὐταί τις* dicit, plane dicit quid, quo perficitur aliquid, aut perfectum est: propter quod siebat, aut factus est motus. Sed rogo te, quid illud est? latet enim adhuc: & si non ostendatur, multò melius fuerat, non facere me ijs modis anxium: *Quis autem uel ex discessu animæ non nouit, eam esse talis uiræ principium, atque caussam? caussamq; motuum, qui in animali uidentur, omnium?* At quid sit id, & quale, id uero ostendere conandum est; dum id lateat, num-

24 DE NATURA HOMINIS

quām ueri quidquam sperabo de anima audire: qui enim redi-
di rationes uel actionum, uel passionum, uel operationum pos-
sunt, substantia adhuc ignota? In ~~scriptis~~ uero erit Aristoteles, e-
tiam dūa educet animam de potētia materie, faciens formam
materialē, ut loquuntur aliqui suorum: cūm autem men-
tem attulerit foris, afferens eam separabilem à corpore, in mul-
tō maiorit adhuc fuerit: multō enim magis illa lateat neccesse
est: sed neq; propriè, & rectè forma corporis dici poterit. Quæ-
cumque autem sit anima, ostendatur modus, quo actīas qualit-
atibus & spiritu utatur, ut instrumentis: qualitates enim illæ
effrænes sunt Aristoteli: nihil audiunt: pergit usque, quò fer-
uis. Et uero ea, quæ in dies cuenint, indicare possunt, eas mi-
nime obsequi ulla modo animæ: car enim sèpè, nulla caussa
ueniente foris, etate florente, internarum qualitatū uitio corpus
corrūpit? Ignaua, & iners fuerit forma, quæ sedēs in materia,
& uigens, non è re sua regat qualitates: simul hæ indomita,
quæ, quasi equus & cornax, lessorem frustra hærere conantem
possint excutere. Ostendatur mihi aptitudo motentis ad or-
gana, & horum ad illud: quam è audiās quārō in naturalib.
q; in artificialib. uocatis, quò caussa est interna, secretæ sensib.

De motu anim. Docet ipse, animā mouere spiritū alterationib. appetitu ciente
cap. 5. & 6. illas. Iam obscurissimū est, quo modo ea appetēs moueat, aut
geatq; qualitates: sed si id queat, motu omnino queat, aut cessa-
tione à motu: motus: n. calorem, quies frigus p̄cedere uidetur
At cuius rei præcedat motus? spiritus? ille igitur mouebitur
cap. 6. ante alterationē. Quid autem est, quod subdit, in locali motu
spiritum auctum impellere? quid opus est, ea de caussa augeri
spiritum? Motus omnes uoluntarij uocati in animali, conser-
tione sunt muscularū: itaq; usq; contrahi solūm opoceteret spi-
ritū. Sed si, quādū intelligo, Aristotelē uelle, spiritus pulsus

Budem libro. q;dem cap. augetur calefactiōe, contractus minnitur frigefactiōe: qui sic-
ri potest ea alternatio qualitatū in cito mori? & ubi iam feruēt
omnia ob multā uehemētemq; motionē, quod frigus subinde,
ac statim, potest excitari? Sed definiatur per Deū se mel, an ita sit
actus corporis anima, ut nauta nauigij, an sedeat in eo, ut forma
in subiecta materia: neq; enim id parvū est, aut leue: in eo sunt
omnia, quæ possunt ducere ad substantiaz quæsitus inuentione-

dūa

dum id definiat, ne me detineat: nulla est spes cognoscendi, de quo quero. Cum primis autem declaretur modus, quo producatur anima in materia a genitore per semen, ut instrumentum obscurior enim est tenebris Cimieris. Continet, inquit, semen ^{2. de Gen. anim.} motum, quo illud (scilicet primum agens) mouebat: ut in sponte ^{cap. 2.} illis, quorum partes moueri pergit, licet nihil nunc tangat, qui ante terigit. Sed, ut doce, quam dispar est similitudo? Primum, mouens efficiensque naturale internum est, sub id, quod mouet: impulsor. machinarum istarum exterius. Tum machinarum, deinde est motus per locum, partibus alijs alias impellantibus, ac rapientib. continet: at seminis est generationis, quae preparantis, disponentisque materiam, & demum formam producentis est: quarum motionum quae machine esse possunt in semine, quae eas non modo gerere, sed tamdiu continuare queant? Motus enim omnis tale est accideas, quod dum sit, perit, & desinat, nisi ui noua reparetur. Usq; dum autem producatur anima vegetabilis, satis longum tibi tempus est: & quis interea moderetur, & regat motum tanta arte? Profecto necessariò opus habes motore & moderatore in semine, qui usq; moueat ut oportet, modereturque motum. Quę autem ostenditur ratio mouendi? talis scilicet: Semen (inquit) cum excrementum sit, ^{2. de Gen. anim.} eademque mouetur motu, quo augetur corpus, digestione ultimi alimenti, ubi usrum subiit, constituit, & mouet excrementum. semine eadem motu, quo ipsum mouetur: nam illud quoque excrementum est, habetque omnes partes potentia, actu nullam. Motu ^{Cap. 1.} peracto, pars existit queque, eademque est animata: non est enim facies, nisi animam habeat, neque caro. Nisi fallor, assuerat, augmenti ratione mouere semen, non generationis: quod si est, quid disceptamus? Profecto uidetur rationi cōsorū, ut quod fertur in partē aliquā corporis, eam nutritur, uel casurum, si superfluerit, gerat tantum augmenti motum: aut, si etiam generandi, simile tantum constituciādi. augmenti uero motū partis eius solius, minime omnium: quā enim totius corporis motus in unam partem conferatur? Nec oportet dicere, aliter tamen uideri euēire, ut in animalibus, sic etiā plantis, quarum vel gemma una germinare, & arborem ferre posse uidetur: quae videnta enī ratio eius, quod sit: nam longe alia est, ac quia gen-

25. DE NATVR A HOMINIS

aut semen habet motum, quo augetur planta. Sed si instrumenti vicem gerit semen, desertque tantum motum, quid oportet dicere, sem esse animatum, habere principium vitalis, originem & principium animae? An motus, & anima sunt idem? an uero parum interest, & utrumque pro eodem accipi licet? Aristotelis certe non uidetur opus esse, animatum esse semen, si per illud efficienda tantum, producendaque est anima in materia, qua materia est sanguis menstruus: ipsi enim anima vegetabilis & sentiens sine dubio forma est materialis, inseparabilis à materia hac, in qua producitur. An uero non potest natura ab instrumento in animo produci animatum? Dux igitur interuenient in generatione animae: altera, quam habuerit semen, altera, qua producitur in materia. Verum ubi semen mouerit excrementum sanguinem, perierit anima, que erat in eo instrumento: disperditur enim sub illa Aristotelis semen. Quamquam non actu in eo esse dicit, sed potentia: perierit igitur anima potentia: & cum natura frustra fecerit eam potentiam. At nunquam dederit id Aristoteles: sed uel animam, uel potentiam animae, quam semen continuerit, eam ipsam numero (silicet sic dicere) dari sanguini menstruo: proindeque uerat querere, an sem geniturae iam pars sit formae constitutio: ut coagulum, à quo lac co- gitur, pars sit lactis iam coacti, nec ne. Quasi diceret: satis esse, scire, materiam hanc accepisse ab illo uirtutem, atque formam de materia; in qua prius erat uirtus, & qua deferebatur, non esse querendum amplius. Sed hoc modo aut motum quid erit anima, quae possit de materia in materiam migrare: aut si id minus, perijt omnino ea, qua in semine erat, quando (ut diximus) post motum sanguinem menstruum dissipatur genitrix corpus Aristotelis. Sed si potentia est in semine anima, & iuxta ipsius dogmata neque quidquam se ipsum producere potest, neque quod non sit actu, quidquam efficere: qui possit ea potentia animae uel à se prodire in actum, uel aliam materiam in actum agere? Motu, dicit, quem desert à genitore: at ego mox ostendam, nullum iam motum, nullam mouendi vim habere semen, qua iam genitoris tribui mereatur. Verum tamen ubi cor constitutum est, & anima vegetalis data materia, consentaneum est, ut iam qui à parente ueniebat, celsarit motus. Cum quod digniter (inquit)

*2. de Generatione
animorum
cap. 2.*

*2. de Generatione
animorum
cap. 4.*

(Inquit) de ambobus ab iunctum iam est, scipsum gerere, gubernare, & dispensare debet, perinde quasi filius a patre emancipatus, seorsumq; collocatus. Si sicut est; qui potest deinde actione animæ vegetabilis produci sentiens, & mox intelligens? Doceat nos carinationem, qua quid supra proprium gradum agere, operari que possit, quæ uidetur transgredi omnem naturæ legem.

Libenter autem cognoscere modum, quo tres species animæ, quæ singulæ separatis singula diuersa genera constitutæ possunt animantum, in homine fiant una. Quadratus enim (quando ea utitur ipse similitudine) si non diuisibilis quæ quadratus; constat tamen ijs, quæ partibilia, & in uicem separabilia sunt: possunt secari lineæ forte in infinitum: protest una tolli, & iunctis cæteris esse triangulus: at nō possunt talia cadere in animas, quæ Aristoteli ipsi sunt quasi in terminis, nec corpori quæ tanto, sed quæ tali, hærent. Quod quidem dicitur de facultatibus; animam rationalem & sentire & vegetabilis quoque obire munia; rectè dicitur: sed animæ substantiaz sunt, & singula animalium genera seorsum substantiaz quæ igitur fieri potest, ut quæ substantiaz sunt, hic fiant facultates? Cur quemadmodum sensitiua anima uegetandi quoque uim habere dicitur, si rursus uegetabilis sentiendi uim, sed minorem, non dicitur habere? nam multi maiorum id dixerunt, nec difficilis fuerit demonstratio: nec de ratiocinatione forsitan difficilis erit. Sed si illa difficilis; satius fateri nescire ea, de quibus nō liquet, quam incondita & incerta, (ne dicam falsa) ponere. Illud uero, quod una eadem quæ hominis anima in duas partes tantopete diuerfas secta est, indignum est Aristotele; uel ipsomet iudice, qui paullò antè idem facinus in Platone reprehenderat, nec leuis argumentis sustulerat eiusmodi opinationem. Si dubium habebat, melius longè erat, fateri id quod erat, ut fassus etiam fuerat, nec addere aliud: etius enim rei ratio nequit expediti philosopho naturali. 2. de Anima, te-
xto 21. Qualitum autem animaduerto, duæ fuere causæ; quibus induci potuit ad tale facinus. Vna, quod pars intelligens uidébatur sine corporeo instrumento suam obire functionem: nam neque actuarum qualitatum uis esse obnoxia: altera, qd; appareret ipsi abstrahere formas de materia, & tantum uniuersalia comprehendere. Quid ais, magne Aristoteles?

Rogo te, dic, cur in multis uel naturâ, uel morbo, dum imaginatio & memoria, & reliquæ corporeæ facultates, planè recte habent, intellectio, ratiocinatioque aut habent uitium, aut impediuntur? Si corporeum instrumentum aut iam malè affectum, aut anteà malè præparatum, est in cauſſa, cur non uititatæ sunt, eç facultates, quæ sunt corporeæ? Potestne fieri, ut corporis uitio, uitetur facultas, quæ nō perinde, aut nō immediatè corporis sit obnoxia, & nō illæ, quæ maximè, immediatæ sunt obnoxie, quibusq; medijs operatur illa sublimior? Verum tam sive media-
tè, sive immediatè patiatur substâcia intelligens à corpore, si patitur, ea & corpus hoc omnino in genere cōmunicabit, & in ge-
nere patibilium: quæ enim inuicem patiuntur, naturali quidè ra-
tione, sic in genere communicent necesse est: & si id est, substâ-
tia intelligens aut corporea erit, materia constans, aut obnoxia
materiæ, indequæ etiā obnoxia actiuis qualitatibus: nam si al-
terum inuicem communicantium patitur, patitur & alterum.
Abstractio autem ista formarum, quam iactas, planè facta est:
non enim te intelligere conante, ipsæ ueræ rerum formæ de sua
materia abstrahuntur. Itaque tu tua abstractione atq; conceptu
non habes aliud, nec uero potes habere, quam similitudinem
uerarum formarum. Quidquid enim comprehendendi potest, aut i-
psum comprehenditur, aut similitudo eius: aliud nō superest.
Quemadmodum autem imaginatione refertur imago ueræ
rei, sic ex imagine colligitur similitudo formæ, quæ est ueræ rei.
Miror autem, quod aīs posse te: penitus abstrahere formas à
materia, quod naturâ prorsus fieri non potest: indulgesq; ipse
tibi priuilegium, forsitan quia uideare formam huius assequi
scorsum ab ipso. Sed ego intelligo, aliud esse huius sensibilis
sensibilem formam, aliud huius materiam: quæ quidè materia
sua ratione non minus eadē est omnium congenitum, quam
forma. Cur igitur non facimus paria de materia, & eam abstra-
here dicamus à formis? nam planè optimè procedat res, & se-
cundum ueritatem. Sed, me iudice, frustrâ conamus etiam intelli-
gentiâ facere uim naturæ, hoc est à materia auellere penitus
formas: dum enim nos materiam quasi excludere & abigeré
conamur, illa contrâ quasi alligat formas materiæ, nec scorsum
esse finit, quando nec esse scorsum queunt; loquor de naturali-
bus,

bus, itaque usque refert totum formatum. Neque tu abhorres: hominem enim intelligens, non formam hominis tantum intelligis, substantiam illam adhuc incomptam secundem tuas traditiones, sed totum, cum quæ materiæ, cum quæ formæ, quæcumque ea sit. At intuor seorsum, inquires, formam. Seorsum attendere uideris, sed nō sciundâ à materia, uerum in ea, & cum ea. Inseparabiles enim cùm sint à materia uerae rerum formæ, te quoque magistro, & extra materialia sint nullæ qui etiam sim litudinariè eas leges penitus à materia abstrahere conetur, in nihil eo modo redigere conetur, & sic uerè nihil percipiat. Quod tibi in primis ponendum, cui formæ sunt quasi in terminis, aut ueriū (ut ego interpretor) quasi termini: quoniam enim etiam intellectu penitus remouatur terminus ab eo, cuius est terminus? aut id à suo termino? Verum termini (nisi fallor) præservatione præcipue intelligi uidentur: quippe quia linea (exempli causa) non procedat ulterius: forsitan sic etiam istas tuas formas comprehendimus, scilicet absentiâ alterius; interea tam ipsarum nihil comprehendimus. Substantiales certè, consensu omnium tuorum, ferè omnes adhuc latent: tu igitur abstrahis, quod non nosti, & intelligentia comprehendis, quod quid sit & quale, omnino nescias. Sed ipse etiam sensus, teste te, percipit formas sensibilium sine materia: neque prodest dicere, ut sentiamus, oportere obiectum habeamus hoc materialium, unde ueniat sensible: nam etiam ut intelligamus, oportet habeamus obiectum hanc imaginem, referensem materialium. Causa porro universalium facilitia sublatu est, te etiam, & tuis omnibus opitulantibus: non sunt enim talia uobis in ueris rebus, sed in abstracto, nescio ubi. Verum si in ueris rebus non sunt talia, neque alibi usquam erunt: omnis enim similitudo consentire debet cum eo, cuius est similitudo: nō enim licet aliter fingere de rebus, quam uerè ea actu sint in natura: cùm igitur uerè nusquam sit, quod actu contineat omnia consimilia, neque animo concipi potest. Id de omnibus rerū formis est uerum, sed multò de substantialib. ueris, quæ ut ipse uero modo plures agantur in unā, dū sunt plures, prius est impossibile. Sed erroris, atq; a deo fallacie causâ uidetur suisse ignorata ratio formarū, incerti uidoq; quid intelligeretur per formā: indeq; effectū, ut incertè,

& in-

& inconstanter, atque etiam fallaciter pronunciaretur de ea. Nam ferè ubi performam altera rerum substantia accipienda erat, non substantia est posita, sed essentia, nempè (ut nunc interpretandum est) ratio essendi, qua sunt res: quæ quidem est in eo, quod sint, & modo, quo sunt, tūm in alijs, tūm in primis in termino, quo, & forma motus, qua constitit natura. Minimè uero substantia unquam est, sed semper accidens, & circumstantia quædam: & talis circumstantia, quæ quia est etiam accidentium quorumcunque, posteriorque omnibus, digna est, distinctionis causa, ut rei nomine non affiliatur. Sed quidquid ea quoque est, & in quocumque consistat, non erat, cur propter illam fingerentur uniuersalia: ea enim etiam est non una omniū consimilium, sed eadem, hoc est consimilis. Quemadmodum enim res congeneres non sunt una omnes, sed consimiles: sic quidquid habent, quidquid eis accidit, non potest esse ununa omniū, sed consimile: accidentia n. & posteriora, semper sequuntur conditionem substantiarum, & priorum. Cumq[ue] omnia accidentia sequantur, multò magis sequitur hoc, quod est accidens etiam cuiusvis accidentis, & cuiusque rei quasi terminus, non in quo, tamquam separabili, desinuerit, sed quo, ut inseparabiliter hærenti, & semper sequenti: qui tantum in rebus rerum beneficio sit, alibi per se ullo modo nusquam. Quod inde patere potest, quod in omni genere, omnium congenerium est eadem, sed non ita, ut ipsius sectæ in partes singula eorum habeant partem, aut uero singula quidem totam, sed aliud post aliud, ut ijs, quæ communia dicuntur & uerè sunt, uidetur fieri: sed eodem tempore tota integra est omnium. Duobus autem temporibus uideri potest ratio una omnium, quæ tamen in unum recidunt: uel cum uolumus conferre rationem huius generis cum ea, quæ est alterius, uel cum simul semelque de omnibus congeneribus statuimus: Homo, non bestia: homo est risibile. Sed uide quanta sit uis ueritatis: quia in natura non sunt alia, quam singularia, parte materiæ, parteque formantis naturæ contenta singula: & quæcumque eis possunt accidere, sequuntur conditionem eorum: tunc etiam, cum ea agimus, uerè non habemus animo aliud, ac singularem aliquam singularis alicuius similitudinem, qua quasi specimine utamur pro ceteris

exteris consimilibus, vel quæ sit in specimonijs exemplumq[ue] consimilium. Nam, quia ubi cōsimilia intuēmūr, neque facie, necque alia aliqua ratione trahi sibi nide[m]ur in diuersum, sed quasi eodem termino, eodemq[ue] modo detineri: prōpter ea ad consimilium omnium cōprehensionib[us] satis esse putamus unū corum, uniusue similitudinem. Singulare autem esse illud, quidquid est, sit īdicio, quod intelligentes semper habere uidemur animo ī imaginem alicuius singularis noti nobis: cuius comprehensa ratione, utimur deinde pro exemplo. Itaque si exemplum continet ea, quorum est exemplum: id, quod intelligentes habemus in animo, uniuersale erit. Verba non attendo, res ipsas quero: sed tamen neque loquendo aliud res procedit. Cūm enim dicimus, Omnis homo est risibile, non magis, omnes in unum acti, dicimus, quām, quisque p[er] se: nec magis coactis in unum ea est nota, quām distributio[n]is. Verunitamen cūm quasi terminus rerum sit ratio, uti diximus, iniquum est, ad eam referre ipsas res, constituere q[ue]am uniuersale quid, contine[n]ens illas: ipsa enim potius referri debet ad res, quæ illas sequitur, quæque habetur ab illis, non habet. Nec uero rationem continere rationem facile dicere potest Aristoteles: id enim si sit, forsitan diuitiib[us] sint terribili. Sed ea exempla, quæ modò ad consimilium cognitionem facere dicebam, sensus quoque habere posse uidetur: planè enim semel deprehensor aliquo tali, eiusque qualitate memoria mandata, omnia deinceps, quæ deprehenderit talia, contulerit ad rationem prioris; simileque sentiens, simile statuerit. Dubitare adhuc fortasse contigerit, quia intelligentia uidemur aſſequi ea, ad quæ nullus existimat[ur] posse penetrare sensus: & quia etiam ipsas sensibiles formas intelligendo penitus aſſequi, interiusq[ue] habere, & longiorē rationum seriem conferre, atque concludere posse uidemur. Sed minimè errandum est ijs de cauſis. Quæ enim intelligentia aſſequi uidemur, sensu non, aut non aſſequimur aliter, ac uide[do] esse quid, quod uidere illo modo nequeamus, sucrimusque forte de eo suspiciati per effectum aliquem sensibus demonstratum: aut aſſequimur ficta similitudine eorum, quæ sensu percepta sunt. quod etiam ipse Aristoteles agnoscere uideatur, ubi inquit, nihil esse in intellectu, quod

prius non fuerit in sensu. Formas autem sensibiles minimè omnium penitus assequimur intelligentia, quām sensu: quā enim melius assequamur similitudinem, quām ipsam rem? umbram uero? Habemus quidem interius, quia tunc nō trahimur foras uersus, sed istra habemus, quidquid contuemur. & ab imaginibus animo conceptis tangimur, non à ueris rebus. Quā imagines quia leuius mouent, debiliusque conuertunt ad īe, propterē expeditior est ad motum, attentionēque spiritus, plura-que per eas breui tempore lustrare, concludereque ualeat. Sic non satis ualide fuere caussæ, quibus in duas partes, tantopera diuersas, secta est anima. Sed iam ad caloris cauſam separato capite, si liber, transcamus.

Calorem animalē, & spiritū, si habeat potentiam, virtutemq; anima, esse ipsam animam, itaq; non semel Aristotelī uisum. Eum calorem Aristotelī non posse aliud esse, quām elemēntarem, & esse omnino elementarem. Calorem Solis & ignis animalia similiter gignere, & necare.

C A P . V I I I .



Alorem animalē, ac spiritū pro eodem accipit Aristoteles. cito, licet substantiam à natura constitutam appellare nomine nature, & hanc illius. Ait autem, omnem animali siue virtutem, siue potentiam, participare illum. Omnis uirtus, omnisque potentia naturalis substantia est, & à substantia: & ubi substantia non adest, esse, aut consistere non potest: At anima non est actu in semine Aristotelī: ergo nulla uirtus, potentiaque animæ. At adest (inquiet) anima actu, quippè eius, qui emisit semen, unde illud habet uirtutem. Sed omnem uirtutem, quam accipit semen à genitore, aut habet accidentarię, ita ut amittere possit sine ullo sui detrimento, aut habet proprię: si habet accidentarię, separatum citissimè amiserit: si proprię: iam ipsius ea haberi debet, eiusque ratio haberet, ut existentis in substantia, & à substantia scemini. Rursus igitur si in semine est uirtus animalis, eiusque propria est: anima in eo est, neque ullus motuum ei, unde profectum est semen, referendus est amplius. Sed non negavit, in semine esse

est animam, Aristoteles: ait autem, potentia esse, non actus. At quid prodest? ea, que actu non sunt, nullo modo possunt quidquam agere, efficereque, quod sit substantiarum actu: & quid magis sit substantia actu, quam constitutore & componere corpus uiuens, que cum calorem praestat ait? Ex uerbis autem Aristotelis colligi potest, non modo potentiam animae uoluisse esse in eo spiritu, sed cum spiritum esse ipsam animae substantiam. Quid est tamen uirtutem animae participare illud corpus? nempe, habere illud, & esse in illo. Sed omnis uirtus à substantia est, uti diximus: neque alia ostendi in semine potest, cuius ea uirtus sit, præter spiritum: ergo spiritus ille est animae substantia. Quod etiam amplius confirmatur ijs uerbis, quibus ait, omnia animae plena esse quodam modo, quia humor in terra, spiritus in humore, calor animalis in uniuerso sit: & animalia consistente celeriter, cum calor ille comprehensus, siue exceptus est anima nimis, ijs inuolucris, unde iam ire nequeat. Tum ijs, quibus assuerat, caliditatem illam constitutre & componere corpora: que ipsius animae sunt materia. Ex Peripateticis autem philosophis sunt, quibus calor ille & spiritus ipsa anima potentiam uideatur: si potentiam, ergo mox actu. Quod si instrumentum animae esse cum spiritum dicat adhuc, & que de eo dixit, ut de instrumento dixisse omnia: rogo, ut accipi dignus est, ubi inquit, omnia animae plena esse, si uult instrumentum animae? Sed si res habet naturam, ut ubi instrumentum est, mouens quoque statim adsit: aio: cum nullum spiritum mouens, apparcat; cur philosophus naturalis non statuat, cum ipsum esse animam, cuius natura, qua à se possit mouere? Nam quod dicitur, animam non posse esse sine corpore; inscientium est, ut demonstrabitur altero libro: & iam spiritus corpus est. Sed si perpetuo instrumentum est spiritus; quero: in generatione eorum, que sunt ex patre, ubi non dum coram quidquam formatum est, à quoniam spiritus ille habet mouendium, & animae uirtutem, atque potentiam? Cetera supercius sunt obiecta. Non est autem in uno semine is calor, sed in totis corporibus animalium: non enim exquiratur tantum eo, sed uiuunt etiam; nec uero secundum semina habent illum; unde enim accepisse? Itaque calor seminalis ubi corpus constituit, generat etiam in eo calo-

rem animalem. Quod quidem fieri à seminali calore dicere Aristoteles posset, qualitate nimirum, non à substantia semenis: quia calor promanat dēinde de substantijs calidis quibusuis: & quæcunque attingit, agere, & efficere conatur uidetur in illis: ea autem citius actionem, effectiōnemq; recipiōne, quæ iam magis parata sunt. Sed eum calorem, spiritumq; ait esse magis diuinum, quām quæ clementia appellantur, & proportione respondere stellarum elemento: quare quærendum etiam, ex clementis, an de cœlo, aut unde tandem ea res esse Aristotelii possit. Cœlum ipsi quidem nullius qualitatis tangibilis, altemansque est particeps: at hic calor alterat vel usque ad moleam: de cœlo igitur non est. Multò minus substantia de cœlo: lo uenire potest: quî enim id fiat? aut unde reparentur ablatæ cœli partes? Hoc aio, quia Aristotelii calor animalis & spiritus pro eodem accipi solent. Luminis causa, qua calor à cœlo fieret, à iuxtoribus Peripateticis allata est: Aristoteles tantum abs

a. da Carlo, tr.
vol. 42. fuit, ut cœlum lumine diceret calefacere, ut lumen etiam à stellis aëte illarum latione contrito, fieri prædicārit. Restat igitur solus motus, quo calor hic à cœlo excitari ipsi possit, quod quidem fieri persuadere conatus est: quippe cœlo, & in primis stellis, unà secum supposita clementia commouentibus, etiam que conterentibus. Sed mitto, quod quæ conterere debent corpora, data de aëne cedentia debent esse, qualc certè minime ostenduntur, neque stellæ: quæ undique aequabiliter circulo mouentur, nec in supposita illo modo adiguntur, numquam tande statim, habituque turbarint, alienaque illa qualitate affecterint per motum: & illa minus, quæ eodem motu consequuntur, ut etiam aëri consequitur cœlum, qui est supra montium: tertices; quemquidem uir rapi dicere, ut Peripateticī dicunt, matura non sint. Videtur autem superiacaneum, atque adeo intempestinum, obijcere talia: Sol enim, & cæstæ stellæ, à quibus maxime excitant realor, longissime absunt à sublunaribus: quia igitur impossibile est mouent, nisi descendant prius, usque dum attingant. At esto, fac cœlum eo modo excitare cœlum: quando ea qualitas elementi calidi contritione, inter clementia exercitatur, & alteras, ut clementaris, clementaris poterit, ei quicquid modum calor, quicquid ipsi aeterni sed datur.

ster conterendo excitamus. Nec uero omne, quod ab efficien-
te fit, denominari ab eo debet denominatione, quæ quid de-
cūs substantia, aut substantia inhaerens, referat, quam ob rem
impediri postea rerum imperiti possint: nam nec recte di-
cas humanum calorem cum, quem nos quoque excitamus
conterentes aërem; sed elementarem: quæniadmodum eum,
qui cœlo conterente fit Aristoteli. quem quidem etiam e-
lementarem esse, uel eo argumento conuinci potest, quod
non modò alterat res, ut elementaris, sed sàpè flammæ
inde existunt, ut nobis etiam aërem duriter conterentibus.
Quod si ipsæ flammæ cœli contritione excitantur; sequitur,
ut lenis calor, qui uidetur ab eodem fieri, differat à flammeo
tantum ratione magis & minus, prout calori intensio, remissio
que accidunt. De nostro quoque igne procul calore excipimus
lenem, & per intermedia multò leniorum. Eiusdē autem rationis
cum elementari existimare se illum, Aristoteles declarauit, cùm
inter modos, quibus cœlum hīc calore excitare ipsi uideretur,
recensuit de truptionem (ut sic loquar) partium ignei elementi:
nec propterea monuit, diuersum esse cum, qui aëris cōtritione
ficeret à cœlo: facturus, si ita existimat. Animalē autem ca-
lorem Aristoteles, opinor, numquām habuit aliud rationis ab
elementari: sed air, esse illum magis diuinum, quām quæ ap-
pellantur elementa, scilicet quia mistum, temperatumque
quid iam esset: nobilis igitur elementis, atque adeo diuinus;
nam longe nobiliora simplicibus sunt mista secundum ipsius
opinione, & simplicia gratia mistorum. Non autem esse igne,
neque originem ducere ab igne; nempe simplicitat uero non
ignem præualere in ea substantia, sed aërem. Proportione re-
spondere stellarum elemento, quia sicut calor, qui à cœlo fit,
animalia generare uideatur. Quod si nullo modo elementare
esse animalium Calorem uelit aristoteles: quintam qualitatē,
atque adeo quintam substantiam elementi afferat oportet in-
constitutione corporum uiuentium; quod nusquam ab ipso tra-
ditum est, nec uero fieri iuxta ipsius placita potuit. Elementare
autem esse calorem animalium, extra alterationē, doceat eius
consumptio: uoratenim, ut elementaris, licet lente: & ut à fri-
gore necatur, si à calore elementari atmodicrè excepto souetur,

Meteor. cc. 4.
summa prima.

& uiuiscatur: fierique haud potest, ut quidquā propriè ab alio fouecatur, ac ab amico atque cognato. Quod autem Aristoteles pronunciauit, calorem Solis & animalium generare animalia, ignis non; palam, uel ipsius etiam testimonio, falsum est. Nam in Cyprijs fornacibus, ignibus medijs, enasci bestiolas quasdam ipse met tulit: & musce in aqua enecte iam, si calido cinere (cuius calor ab igne inditus igneus censeri debet) super tegantur, reuiuiscant. Quia quoque quotidie ad ignis calorem excluduntur, qui quidem calor omnino ibi præstat eam uicem, quam solaris in generatione animalium quorumcumque. Rursus calor solaris, si nimius sit, genella animalia, tenerasque plantas necet, nisi caueant, & defendantur. Nec uero, quia uel igneus spiritus uiuere non possit: sed quia de corporibus tenuis, & nimium adhuc adapertis, ille uix extrahit spiritum, humoremque, reliquiasque corret. Ut statui possit, calorem lenem omnem, undecumque sit, constituere uiuentia: iniustum contraria, undecumque ueniat, eadem dare neci, si spiritus uelamen tenerum, & molle habeant: atque in hac etiam ratione, ipsa experientia, ipsaque rerum ueritate attestante, Aristoteles convincatur.

Galenum imprudenter posuisse in corpore animalis duo calida diversa, utraque agentia & efficientia: peruersè & inconstanter dījls loquuntur. Animam non posse esse temperamentum, neque quidquam bruti & inertis corporis. In causa calidi uatini, seu spiritus, babere Galenam difficultates inexplicabiles. Definiri autem debere, qui spiritus sit anima. Et si spiritus non sit ea ipsa, non esse ostensum modum, quo illa uatur eo & calore, ut organis. Non debuisse uideri cassa formatrix esse alia ab anima: neque ipsam animam non efformasse sibi corpus. Non recte constituisse Galenū tria principia separata in animalis diversarum facultatum: neque earum facultatum illa esse principia, neg, esse omnino principia. Neque spiritum animalem à cerebro gigni, aut afformari, neque à corde uitalem, neg, à iecore naturalem: non liquere, qui uigilant facultates. Spiritum uitalem naturalem uideri, & animalem: naturalem uitalem: animalem uitalem. Non recte abieciisse Galenum opinionem transmissionis spiritus animalis per omnes nervos.

CAP.

CAP. IX.

Vne adsit Galenus, vir ille egregius, cuius ingenio studijs, probitati puto inuidisse fata, quæ cum de natura hominis ueritatem cœlauerint. Tu, princeps medicorum alter, & ueri anxius scrutator, geminas calidi substantias, easque diuersas ponis in corpore animalis: Si cum Hippocrate tuo, ut de quolibet elemento portio sit in mixto; superuacuè fortassis facis: quæ enim paucioribus satis bene facere potest natura, ad ea plura non adhibuerit: Itaque cum calido opus habeat ad constitutionem animalis, calidum unum desumet: quid enim una cauſa duo? Aërum itaque sumet: nam siccitas cauſa, qua igne dices esse opus, uertetur terra, sic citas cuius, ratione elementari tradita à uobis, eadem atq; ignis est. Hanc certè rationem respexisse uidetur auctor trium librorum de Dieta, quisquis is fuerit, qui duo tantum elementa attulit ad hominis constitutionem. Sed tu (uti video) duplicem in animali compositionem diuersam discordemque facis; itaque duplicitem ponis ab igne substantiam. Tibi enim natuum calidum compositum quid est ex omnibus quatuor substantijs elementarijs, inter quas ea sit oportet, quæ ab igne manauit: si igitur alia ignea substantia insit seorsum ab illo, duas planè fuerint in hoc corpore compositiones, quod nullus umquam dixit Hippocrates: qui sine dubio per calidum natuum intellexit simplex id, quod in missione totius ab aëre esset; uel id, & simul quod ab aqua foret: unius enim una cōpositio, & uobis una mistio, sit necesse est. Tu uero si id fateare, hoc est, unicam esse huius corporis substantię missione; uero etiā chemeret, ne imprudens disturbes temperamentum, missione m̄que tanto studio elaboratam. Si enim modò superet calidum aërum, modò igneum; manifestum est, pugnare illa inter se, & alterum usque agere in alterum: itaque nullam esse eorum mutuam temperationem. Mirum præterea, quod aīs: natuum calidum minuit effluendo, atque inde siccari corpus; igneum remanere longius, atque inde in sole scire state consistente. Vtra enim aptior ad elabendum de terrestribus inuolucris substantia, re-

nūiorne,

DE NATURA HOMINIS

nuiōne, an crassior? non est opus responso: tenuior enim plānē. At utra tenuior, subtiliorque, quæ ex igneo elemento est, an quæ ex aëreo, atque aquæo? prior sine dubio. Qui igitur sit, ut ~~est~~ calidum natuum, quam igneum, elaboratur, atq; efficiat? An uero igneum libens sese abdit in terram substatiām, cum ea esse uolens, non perhorrescens frigus, neque impedimentum ad motū? Sed quæ alternatio est, quæ postea sit persenētiam? per illam enim planè est calidum natuum agens & opera faciens, igneus uix sentitur ullus, aut ualent quidquam: contraria quam tua ratione deberet fieri. si enim per tot annos minuit natius calor, augeri igneus perseverat, sic perpetuò res procedere deberet; nihil n. si sit recte, uidetur cōsequi, cur mutetur? Sed hæc impedita satis, neque tibi forsan ipsi probata: est enim, ubi statuis, uerè parem esse calorem, qui in pueru sentitur, ei;

s. de Temper. cap. 2. qui in iuuenie: nempè (ut interpretari licet) eundem: quæ omnī pares tibi sunt eiusdem speciei qualitates, cædem omnino sunt. Quod attinet ad naturam, nihil moror ea, quæ facta sunt extemperatione. Essentiam autem animæ (est enim de ea tecum uidendum) vir eximie, quoniam suspicari potes esse temperamentum? Audiisti antè, quæ sunt de temporeamento dispartata: sed non te exterret partium corporis dissimilitudo, atque diuersitas? quoniam fieri potest, tot, tam dissimilia temporaenta sint unum, totum sibi ipsi simile, ac simplex, qualis oportet sit anima, ut motus omnes agendi, & patiendi, & operandi, non tam communies sint omnium eius partium; quoniam unius omnino eiusdemque, nulla ratione à se ipso differentis? Disparia uero & dissimilia, & contraria omnino inter se cum sint partium corporis temporaenta, & singulæ partes ex diuersis constent substantijs, diuersorum adhuc temporaentorum: anima tibi admittabiliter sibi ipsi dissimilis, & contraria, sic necesse est. Menini haud dubie, legisse apud te, oportere ab unica uiru gubernari animal, quando constet ex tot, tamque dissidentibus partculis. Digna uero Galeno vox, & quæ maximi ingenium tuum possit commendare: quando uerè est impossibile, ut quæ dissimilia natura sunt, consentiant, nisi ab uno alio omnia quasi concilientur, uel (si id fieri nequeat) cogantur. Per eam uim suamquidem intelligis naturam, quæ sit aliud à temporeamento, substantia-

stantiaque animalis: sed aliudne esse possit natura ab anima in animali, posterius videbimus. Nunc aio: si anima regit corpus, non posse eam secum consentire, si temperamentum sit essentia eius, ob causam exposita. Sed tute ipse reprehendis, nec semel, de tali suspicione, cum ait, in animi motibus, qui affectus uocantur, animam ipsam per se ipsam moueri: si enim tempera-
mentum sit illa, quae se moueat, quin totum corpus mouea-
tur? Cùm autem tradis nobis temperamentum cerebri, uel
totam speciem constitutionis eius, rationatis tantum animæ
principium tradis, non alterius, cuius operum rationalis nullā
tibi uidetur habere cognitionē. Sed ubi cerebrale quid aduers
de anima rationali; uel caliditatem eius, uel speciem, uel pro-
prietatem, uel facultatē, uel quo quis tandem nomine afficias,
quaæ cerebri quid sit; respicere debes, quām probabiliter rena-
ciam gnauam, tam impigram, tam, ut licet intelligere, sublimē,
tam celeriter, tamque diu, uel per se, uel per instrumonta, cien-
tem, excentemque motus, affigas substantiæ inertis, stupidæ
que. Imaginatio manifestè cum sensu fit: at cerebrum stupet:
nam (ut multi graues uiri experientes sunt testati) tactum, nihil
videbatur sentire: ergo in cerebro nō fit imaginatio. Tuum di-
stum est: mēmoriae, recordationis, imaginationis, radicē & fon-
tem esse sensum: at cerebrum non sentit, uel certè admodum
Aupide, perse quidem, hoc est propriâ substantiâ, nullius est
sensus, qui sit noster, ut probabo postea. In calido nativo, siue
spiritu, misericordiæ tibi importunitas obest, & etiam dissimilitudo
eius, quando is quoque non usquequaque sibi ipsi similis uide-
tur tibi: nec prōptum habes, unde adsit sensus: neq; umquām fac.
reddideris rationes, quibus tot, tantasque operetur operatio-
nes: neque alias solueris difficultates, quae eam positionem ex-
cipiant. Videtur autem mihi non unus spiritus, sed minimūm
duo, uenire apud te in deliberationem causæ animæ: quippe,
natiuus, & is, qui continetur cerebri uentriculis, qui licet natiuus
quoque sit, tamen alterius à reliquo rationis uidetur haberi à
te, quando eo longè nobiliores operationes, atque adeò nobilissimas,
obire uidetur animal. Sed de spiritu animali suspicio
est, an sit anima rationalis: de cetero igitur, an sit naturalis, uel
vegetalis, ut uelis nominare. Verum tamen de animaki statuis

12. Metab. cap. 1.
et alibi.

1. de Elementis
cap. 3.

5. de Simp. met.

apertè non esse cum animæ substantiam, sed cius primarium instrumentum in cerebri corpore habitantis: quia (inquis) si is esset substantia animæ, fieri nullo modo posset, quin simul atq. esset euacuatus, continuò quoque interiret animal. Sed quid si q̄s neget, statim aperto uentriculo uacuari cū spiritū, indicet q̄s

Causa sympt. caussam tibi quoq; esse cognitā? quia ad contractū rūm uulnērā
cap. 2. tis ferri, rūm frigidi aëris, sc̄e ille abdat intrō? Quid si contēdat

satis esse ad uitæ instauratiōem, te fatente, nouam eius spiritus collectionem, & expediat, quæ remanent dubia? De cætero spiritu, calidōue nativo, relinquis dubium: sed (ut sūp̄ de animali) aut ipsam essentiam virtutum, animæque ipsius, esse aīs, aut primarium eius instrumentum. Sed si animæ instrumentum spiritum omnem ponis, ostendendum tibi, quo modo co-
utatur: quo modo incitet ad mouendum, cōue moueat: quo modo per animalem sentiat: spiritu ne ei communicante ali-
quo pacto motus, an ea ipsa spiritui uel propriâ essentiâ, uel ut aliquâ allabente: qualis sit communicatio inter eam & spiri-
tum, ut eius motus sui sint motus. non enim satis, tantum pro-
nunciasc̄ rem tam magnam, & tam secretā. Neque tan tūm in-
fentiendo, & quoquo modo mouendo, id præstandum tibi est:
sed etiam in excendis principibus functionibus. Quamuis e-
nim aīs, animale principium (quod in cerebri substantia locas)

2. & vñ part. per se, & secum ædere illas: & alibi inquis, cerebrum propter ea

cap. 6. molle factum esse, ut sc̄ilicet facilè recipiat motus per sensoria uenientes: eos uidelicet ipsos, qui memoria retinentur, qui imaginatione repetuntur, de quibus, aut uero ijs, quæ per eos repreſentantur, est ratiocinatio per intellectionem: qua-
re uideri posses uelle, animam ad eas obcundas non habere opus spiritu animali: tamen etiam iuxta tua placita, opus eam: habere oportet fateare, quando spiritus ille instrumentum sensus tibi est, sine quo nō est imaginatio, atque adeò quo sublate omnes ex operationes perierint: instrumentum etiam motus, per quem etiam imaginatio fieri mihi uideretur, & sit fortasse memoria. Cæterū, si aliud sit anima, aliud uis formatrix, quæ cumque ea sit, & undecumque uenerit in seminis substantiā: plane illud consequitur, uidelicet, ut ferè passuum quid tan-
tūm sit anima sub hoc corpore. Non enim deseruisc̄ animali
uideri

uideri potest ea uis, quæ à principio constituit, formauitque corp' : sed sub ipso adhuc est, agitatq; & procurat, exsequiturq; omnia, quæ sunt opus ad animalis conseruationem. itaque ubi uitium factum est aliquid, illa ipsa emendat, supplétue, modo, quo potest. quia format de quo affiduc' corpus, quandoquidē, illud continenter absumitur, & si tale consistere debet, continenter, eadēque ratione, ijsdemq; motibus oportet reparetur. Si itaq; illa ea facit omnia, & aliud est ab anima; hæc non modò ipsa etiā sit opus alterius, sed neq; iam sui iuris, mancipijq; sed sub alio, pendens usque ab alio: tantum habeat sensum & cognitionem, quæ est alterantium, & de statu aliquo modo mouentium: insuperque la'oriosè moueat: laboriosus n. omnis uoluntarius dictus motus. Iniqua uerò res, & quam ne tu quidē approbare possis: qui aliquando serio agens, de tali caussa sic inquis: *Cum in limo, colluvie, paludibus, plantis, fructibus putre-
tibus animalia giguantur, qua vires illius, qui se condidit, ostendue mirificas.* Illius qui se condidit, inquis: declarans aperte, nō aliud uideri ab anima caussam, quæ totum animal cōstituit, atque formauit. Dubius es ranaen alias, an anima efformârit corpus, quia uegetalis non uideatur sapere, & scire rationes: & rationalis nescire partes, quæ inserviant suis appetitionibus. Sed ubi nunc sunt encomia naturæ, quæ passim canis? ubi admiratio prouidentiæ eius & sapientiæ? ubi nomen, quo eam appellas, Dei? Ignoratio rationalis animæ certè magna est caufsa, & quæ te iure habeat suspensum. quare ego nihil te iacuso: sed in altero libro pro uiribus rem conabor euoluere: ingentes enim tenebræ, quibus ueritas hac in parte, ut alijs multis, obtegitur, sunt in caussa, ut erres, non quia sit, sicut suspicaris. Vbi autem eandem ob caussam duplicem nostram animam facis. hoc est ex duabus speciebus, partibusue cōstituis tam diuersis, ut neutra alterius rationes tenet: præter quām quod obijci tibi ea possunt, quæ Platonij, atque adeò Aristocli obijciuntur: & unum plura diuersa erit, aut plura diuersa unum: totam Hippocraticam disciplinam conturbas. Si enim seorsum ab anima rationali fiunt opera alterius, & huius seorsum ab illa: ergo non est in animali consensus, & conspiratio illa ab Hippocrate animaduersa, & dicens tanto consensu à plurimis approbata, &

quæ omnino sit necesse est. De tribus autem principijs agentium est diligenter. Ac primùm statuamus, quod ratio unde cumque dictat: nèpè, omne, quod alijs uel substantiæ, uel qualitatis, uel operationis principium est, magis etiam ea habere, & posse oportere: nam quì fieri aliter possit? Cerebrum autem dicitur principium facultatis animalis, quæ quidem in primis existimatur esse sensus, & sensus tactus; nam per eū sensum in primis esse animalia putantur: tūm facultas mouēdi. Dictū autem est, demonstrante experientia, cerebrum non sentire tactum: & si non sentit tactum, neque alia sensibilia senserit: omnis enim sensus fundamētum, principiumq; est sensus tactus. Si igitur sensu tactus caret, numquām sentiendi facultatem ullā ceteris partibus impartiri poterit. Nec dicere oportet, me assumere ut falsa ea, quæ manifeste videmus uera, quādo palam percipimus odores & sonos subcaput; & impedita cum cerebro cōmunicatione, nerui omnes obstupescunt, & sensu priuantur reddantur enim postea rationē ueritatis expeditissimam, eaq; cum hoc, quod nunc contendō, conséntiet. Quām autem sit aptum cerebrum ad motum, qui uoluntarius uocatur, adendum in sua substantia, indicet consistentia, & figura. Neque est rām breue, ut dici possit, non apparere eius motum, tamquām certi, super quod moueatur circumferentia. Quamquām tu asseueras aliquid, ipsum cerebrum moueri eo motu: quotiescumque uult ad aliquod membrum spiritum animalem transmittere. nimirūm, putando absurdum, non moueri principium eo motu, cuius alijs sit principium. Probē, & secundum naturam, hoc est, secundum ueritatem: sed inutiliter cerebro, si ei facultas tribui debet mouendi sese uoluntario dicto motu. Mitto enim, quod uerè nihil graue potest moueri à se: nullum graue, atque infirmum potest; uidelicet, quod non habeat, quō nitatur. ac tale est cerebrū. At motus actio est: & esto, actionē quāmpiā nō posse adi sine organo: sed sensus hic notus passionis est, & sic cum passione: & omnis substantia uiuēs semper secum, & tota eam facultatem habeat oportet, sine ullo instrumento: non enim instrumenta sunt uitę principium & caussa, sed natura: quæ si sentiendi facultate careat, nulla sit talis substantiaq;, cuius casus non uixerit talen uitam. Sensu igitur non debebat carere cere-

*s. de Decretis,
cap. ult.*

cerebrum, aut uero nō cedere co-neruis, si principium sit eius. Siue enim spiritus est sensus primarium instrumentum, isque in neros transmittitur, aut uero qualitas per illum; siue non; sed uia facultatis, quæ continuatione in neros transit, existat sensus: ea re cerebrū, quod spiritum animalē intra se continet; quodque eo perfunditur, te teste, atque adeò principij ratione; *7. de Decretis,*
longè oportebat exsuperare. Cor perhibet principiū facul- *cap. ultimo.*
tatis uitalis, quæ planè est uiuendi, & tenore animæ seruandi. Sed si quaeram ex te, quæ sit facultas, qua uiuunt, & æuum agitant substantiæ, haud scio, an explicare queas. Hic autem uel substantiam, quæ uiuat, intelligis pro facultate; uel uim, qualitatemque, qua cōseruatur uita: utrumque enim tibi procedit, & fortassis Hippocrati. Si enim natuum calidum, hoc est spiritus, est substantia uiuens in animali, ut Hippocrates uoluit, & aliquando de illius sententia tu: illud in corde & arterijs nancescitur originem: Si non illud, sed solida ipsa uiuunt, quorum uel temperamentum, uel alia uis sit anima: calore à corde affluente temperamentum, uisque eorum conseruatur tibi. Vtrumuis autem sit: Si caloris natui principium est cordis substantia (ea enim est planè cor) cur de arteria uix egressa recipit ramum ad sui conseruationem caloris? Est ne illud principium, quod id, cuius dicitur principium, accipiat foris, per se eo cgeat? Neque in cerebro id sit, neque in iecore, neque in principio ullo fieri debet. At cur motu assiduo agitatur cor, si proprio eius temperamento caloris natui continens instauratio, multiplicatioque debetur? Pulsus quidem tibi redditæ aliæ caussæ, alienæ à uero: sed tamè inter cæteras, caussa gignendi spiritus. Si itaq; motu ad id est opus: saltem non omnino cordis naturæ id acceptum referendum est. Natura quidem in principio, quod sui est quasi uniuersitas, à se, sua uis sufficit ad agendū, opusque constitendum, sine ullo laborioso motu: laboriosum aut esse naturæ nostræ etiam pulsus motum, norunt ij, qui eam penitus introspexerūt: omnis enim grauis molis agitatio laboriosa est nostræ naturæ. At tamè (dices) elaboratur spiritus in sinu cordis. Quid sunt cauitates pars, aut qualitas, aut facultas corporis? Est quidem cor quasi focus agentis operantisque naturæ, ad quod ea satis fata est: tum instrumentum, quo utitur

mouens, ut faber suis organis: at calidum natuum ab alio fit, ut dicā suo loco, ne cogar bis de eadē re agere. At quā te rogo, ratione iecur est principium naturalis facultatis? Omnia corpora, quæ uiuant, tūm tota, tūm singulis partibus, de tua sententia, à se, propria ui, trahunt, concoquunt, retinent, expellūt: itaque adaugent se, suumque statum tuentur. Si igitur uitam habeant aliæ partes à iecore, habeant ab eo naturalē facultatem: si non illud, ergo neq; hoc. At habent, in quies: ab eo enim habent, ut uiuere possint uita plantæ. Sed si tu ostendas, iecur ipsum, ne dum cæteras partes, uiuere ullam uitam sine spiritu ab arterijs delato; uolo uiceris non in hac modō cauſſa, sed in omnibus. Si autem nullam uitam uiuere possunt, neque aliæ partes, neque iecur, sine ui ab arterijs accepta; ne, rogo, ijs des aliam per se uitam. Nec dicas mihi, rationem dictare, iecur gi-

*De Format.
factum.*

*e. de vſu part.
cap. 10. q̄d de
vſu puls.*

gni ante cor, proindeq; licet statuere eo modo. Prinūm enim nō demonstras: deinde, fac sit: non ab iecore auspicantur prima orsa fecitificationis, sed à duabus uenis, totidēque arterijs: quod est argumentum evidentissimum, nullam uitā usquām in animali posse esse, sine uitali (ut tu uocas) ui. Nec rursus dicas, uenas solas posse aliquandiu tueri uitam partium: nam (in quā ego) & spiritus & calor uenarum plurimū ab arterijs transmittur, te auctore, te prædicante: ipsarum tepidus est, ut tu inquis, & inefficax. Verè sanè: nam eam hercule ob cauſsam uenis uix iecur egressis copulantur anteriaz. Iecoris quidē materia uenis, quæ illa foris obſipantur, atque oppalentur, affusa est ad caloris multiplicationem, ut in alijs uisceribus sanguineis: quo alimentum ibi satis confici, & ad opera efficienda præparari posset; non ob aliud. quare minimè naturæ, facit ratisque ullius principium debet uideri, præcipue partibus dissimilibus: quæ certè à ui aliunde, quām à iecore accepta, ut sunt constitutæ, sic nunc habent uitam, ut posteà demonstrabitur. Verumtamen præter dicta, ut mihi ista principia integrè probes, docendus à te sum, singula ea constare per se, à se ipsis sufficere, non quidē quo ad materiam, quæ subiicienda tantum uenit; sed quo ad uim uiuendi, tuendi se, agendi & operandi, quæ agunt, operanturque omnia: ea enim uerè sint principia: si id non facias, contendam principia non esse, sed pendere ab eo, quidquid tandem sit,

fit à quo principium uitæ, uitamque, quam uiuere uidentur, sumunt. Rationes motuum, atque operationum, quæ ab ipsis incipere, diversæque uidentur, me non impediunt: reddam eas, expediamq; spero omnia, quæ te, uir magne, impedierunt, & intricarunt. Naturalem facultatem habent omnia ista principia: ea uero non modò cum uitali coniuncta sit oportet, sed ab ea pendeat, ab ea omnino proficiscatur: uiuant enim prius oportet, deinde agant, & opera faciant. cur igitur naturalis non subiicitur uitali, eiisque attribuitur, ut uiuenti substantiæ operations? De facultate animali maius uideri posset dubium: sed non est. Ex in primis est sentiendi & mouendi. At ea sentiunt, & à se mouent, quæ uiuunt. cur igitur non etiam animalis facultas datur auctori uitæ? At tibi plures fortassis sunt uitæ auctores: indignè sicut, si id sentis, in eodē animali. Sed cor & iecur num sentiunt? planè oportet, nisi ut plantæ debent uiuere: (quamquam ipsæ etiam plantæ aliquando uidentur tibi habere sensum tūm priorum, tūm alienorum:) arteriæ & uenæ tibi sèpè sentiunt, licet aliquando contrà contendas. At si non sentiunt arteriæ, neq; uenæ, quæ quidem quidquid habet facultatis, tibi à corde & iccore habent: cur iuxta animi motus pulsus mutantur, & animali principio partes illæ subitò obsequuntur? cur animo perturbato, male procedit naturalis operatio etiam in ossibus? cur per timorem subitum sanguis fugit intrò, in lætitia foras effunditur? cur nervis iam conuulsionē? Motus uenarū tibi est dispensandi alimento, mihi etiā pulsatorius, sic enim uidi hisce oculis aliquando in accessione febris per longum spatium temporis: at siue uterque, siue alter; cur non harum & arteriarum motus ab eadem sit natura, substantiaque, ob cuius effectus tam citè mutatur, & cuius obsequi uidetur motui, quæ quoque forsitan uitæ totius principium est, & actionum, operationumque omnium? Cùm autem uenæ & arteriæ sentiant, nec ipsæ tantum sed earum etiam principia: & sic necesse sit, uel si non appareat, ut ostendam postea: & earum omnium motus tam promptè sequi animali principij uideatur motus: quid est, cur non ab animali principio ipsæ quoque pendere agnoscantur? Prohibet, inquis, quod earum motus non uidentur pendere à uoluntate nostra.

Sed

De Substantia
facult. natura-
lum.16. de Vspart.
ca. 2. de Inqua-
li intemp. cap. 3.
lib. 2. de Comp.
med. s.l. cap. 1.
Contrà 16 de
Vspart. cap. 12

De Format. fœtuum, cap. ult. de Motu musc. lib. 2. cap. 4. 5.

Sed ne quidem musculi omnes uoluntaria motione agitantur, teste te: & s̄epissimè uolūtarias uocatas motiones ciemus, quas ciete nos prorsus nesciamus. Sed hac de re, antea sum pollicitus, in sequenti libro. Motuum quoque, operumq; diuersitas quæ ab ijs principijs separatim auspicari, ac deinde procedere, uidetur, turbat te, qui uidere nequeas, quif ab una eademq; & tota sibi consimili natura, & unum habēte principium, ea oriri possit: sed ne turbere; inueniemus rationem. Tibi interea con sensus facultatum, & principiorum conciliat omnia: sed uidēdum est etiam atque etiam, quo modo fieri possit, ut diuersa principia, substantiæque, dissimilium, diuersarumq; facultatum inter se, conspirent in unum, consentiantque: repugnat enim ratio naturæ. Hippocratis quidem habetur illud: *Conflatio una, conspiratio una, omnibus omnia consentiunt:* Sed uide quid sequatur: *Inxeratotius corporis naturam omnia.* quæ quidem una, communis omnium, ad quam spectent omnia, sit ne cesset. Tuque addis: *Nam nisi hoc esset, duo animalia esset. nec unum, quisque nostrum.* Qualicumque autem ratione posueris iam et tria principia, equidem miror, cum cordis facultatem accipiendo animalia plantæ sortem tibi uiderentur superare, cur non sensus miratus, cor non esse sensus principium. Mirabor adhuc aliud: quippè, cum non cor, sed cerebrum, sensus principium tibi est compertum, quod idem intelligentia & ratiocinationis principium erat tibi, cur non solum animæ nostræ, sed omni sentienti, non dederis etiam facultati intellendi & ratiocinandi, si non tantam, quātam nos habemus, at tamen aliquam. Nam quæ aliquando in substantia naturæ ac propriè simul esse cognita sunt, uiro prudenti semper simul esse existimandum est, etiam si ipsorum aliquod forte aliàs non ita manifestè pdatur. Iam uero agamus cauſam trium spirituum, ne res non leuis momenti sic prætereatur. Iuero tibi non omnes sunt certò, quod mihi satis esset ad exigendum: sed ut sint: nullo modo constituuntur ab ijs principijs, à quibus prodire dicuntur, & à quibus, si facultatum eorum uel instrumenta, uel uehicula sint, constitui deberent. Tu enim ipse aīs de spiritu animali, illum qualitatis proprietatem ex sui ipsius coctione adeptum. Rctè sanè: quā enim naturæ aliquid

9. de 7. supart. cap. 4. Et 7. de

Decretis.

aliquid generari, uel afformari ullo modo possit ab eo, quod sit dissimillimum, ut est cerebrū spiritui? Quamquam aliqua spiritus animalis copia per ipsum cerebri corpus continetur: tamen paucior ea est, quam quæ calore suo spiritum in ventriculus continentem possit absoluere: estque tam confusa dissimilibus, ut uix possit tueri se, & aliud facere, quam spiritū in ventriculus. A corde autem nō effici uitale, extra substantię dissimilitudinem, quæ una satis posset esse; sit indicio quod antè diccbamus: nempè, quod spiritus fortis subit cordis substantiam ad eam uiuificandam. Nec oportet dicere; sub ea uiscera continentur spiritus, sub ea elaborantur: quid enim ipse respōdeas, si dixeris, uasa efficere ea, quæ intra ipsa efficiuntur, aut continentur? Iecur autē ullum constituere spiritum, inceptum est dicere, quando neq; in uenis sanguis ipse satis conficeretur, nisi spiritus & calor ab arterijs succederet. Sed si spiritus sub iecur constituitur ullus, is tam crassus est tibi, ut penè vapor sit; humor potius habendus, quam spiritus: quod ciuius etiam nō calor magis, quam tepor, tibi ipsi possit comprobare. Tantum quidem cùm laboret natura in spiritu absoluendo, quantum ostendam postea; indignum est, eius ullius confectione iecori, uisceri tantum ad medium usque coctionem ciborum adapto, attribuatur. Sed sub arterijs, quantum uideo, tuoruna spirituum, propè duo absolui uidentur, in indicio quoque tuo: uitalis & animalis. Censes enim, in cōplicatione ea arteriarū, quæ dicitur retiformis, sub cerebri basi, exiguum abesse, quin spiri- sit planè perfectus animalis: sicut in conuolutione, quæ dicitur uaticiformis, exiguum abest, quin perfectum item sit semen. Consuetum quidem est apud naturam, cùm alieni casus non interueniunt, ubi ipsa quid semel comprehensum, habitumq; loco, mutare aggreditur, eodem loci dare ei mutationem, quam tam maximam efficaciter & per tempus dare ibi potest, nec antè transferre alio: contingit enim interrupti intentionē actionis mutatione loci. In conuolutione autem ea, in qua sit semē, manifeste uidere est semē, perduta demum ad eam rei formā materia, quantum refertur specie, hoc est colore, qui tibi non aliud, quam quod res, rei que natura est, indicare folet. Sitandum fiat spiritui, quem tu habes adhuc uitale, in retiformū.

iam ille planè sit animalis. Exiguum certè illud, quod tu dicas decesse, quodque postea alio in loco accedit per coctionem, tan tum erit, ut per id nequaquam alia facta res possit apparere: & tibi omnium minimè, cui temperamētum, qualitas uidelicet, est natura corporis, substantiarumque omnium, quæ sunt in corpore: quæ quidem qualitas eadem intendi, remittiique pos sit; & paullò magis intensa, non modò in spiritu humano, sed quoquis genere rei, non aliud, nisi differentiam perfectionis, ferre noui uideatur. At quæ ratio tua illud ferat? Tu quidem tamen apertus id, strenueque negas, asserisque, præparari tantum spiritum sub id textum (ut sic apellem) quod deinde facile fiat animalis sub cerebrum: interea uero, quamuis fiat proximus substantiâ animali per coctionem, tamen esse adhuc uitalem, quemadmodum de semine, negas esse semen, usque dum deniat in testes, ibi tandem evasurum semen: non adhibens fidem ipsi sensui, præter morem tuum. Sed libet querere: spiritus cum exit de arterijs in cerebrum, statim, in instanti, fit animalis, an uero cum tempore? si dixeris statim; mirabor, tam subitam ~~mitu~~, ~~per~~: si cum tempore; erit interea spiritus ad huc uitatis in loco animalis, agitatique mistus cum animali. Rete illo, quo est uisus detineri spiritus, captus tu es, imprudens ibi satis. Namq; (ut nunc sis sciens) uolo cognoscas, nequaquam fieri in eo illud, quod tu dicas. Cur? inquires. scilicet, quia neque detinetur ibi nullus spiritus per spatium ullam temporis, simul atque factus est, ne detineri omnino potest: ut non dicam hic, non oportere, alia de caussa. Audi enim, si uis. Spiritus ea est substantia, quæ cum facta est, statim contendat exire de angustijs, suo imperi incita foras, sicut leuia & mobilia à se querunt liberum locū. Accedit autem sub arterias compulsione, quam contin git dari à materia mole, quæ assidue multa infestur, ac ucheinmenter, celeriterque, ut dilataratur ex a corde in omnes, ut a corde in omnes sit dilatio: accedit etiam expressio, quæ necessariò sit rursus constrictijs uasis. nam ea quoque sunt per motū arteriarū, non modò materia laboratur. Arteriæ uero cōsimiliter par te, & quilibetque contextæ per omnes trahunt, ab omnibus partibus cōsimilem, hoc est & quæ angustū, auct. laxum, præbebunt et exitum. Quare spiritus, ut & qualiter fieri caput, si & qualiter factus

factus in omnibus partibus per arterias, dātibus ijs ubique exi-
 tum cōsimilem, pariter, eodem tempore exiuerit de omni-
 bus: & planè per conuolitiones, & tortuos ductus carūm, ni-
 hīlō fiet durius negocium excundi, ut tu ipse potes aduertere:
 non enim prorsus, secundum ductum arteriarum, sed in latera,
 per medios carum uillos, queriture exitus. Aliud oporteret es-
 set; ut fieret illud: scilicet, ut tunicae ibi essent usque crassiores
 & densiores, quām fuerint in partibus præteritis: quod tamen
 esse numquām demonstrāris. Nec dicas mihi, non uideri ratio-
 ni cōgrauim, spiritum adhuc crassum peruenire ad cerebrum:
 aut; accidere tamen ut ille factus uitalis moretur etiam sub ar-
 terias, quæ ducunt sursum, quippe quia cā ferat iter, eum ten-
 dentem sursum uersus, q̄ iam leuem substantiam. Primum e-
 nim ex nullis arterijs ita it crassus, ut tu putas: à nullis. n. datur
 exitus prius, quām sit satis tenuatus, usque adeò, ut sit facilē pe-
 netrabilis. Deinde, per arterias semper celeriter, & cū impetu a-
 gitur materia, à corde ad usq; extremas: ut neq; liceat illi ascēde-
 re lēto, & etrabūdo, ut tu inquis. Præter alia aut absurdā, & mul-
 ta, quæ prætereo, nōne uidetur absurdissimū. Spiritū, qui est
 exiturus in cerebrū, fieri prius inferiū, & pōst factū ascendere
 superiū? Ecur igitur inferrur materia spiritus, hoc est sanguis,
 etiam extremitas cerebri arterijs? Si dixisses, ipsum sanguinem
 morari in transeundo complicationem retiformem, & interca-
 ēre magis imaginque laborari, atque tenuari, forrasse tolerarc-
 mus. Nam texta arteriarum, conuolitionesque (ut nō raccani
 quid mihi uideatur de ijs) ubi ubi sunt, propterea paratē sunt:
 scilicet, quō in breui spatio maior spiritus copia emitti possit;
 quod non posset haberi arterijs rectā traductis: uel quia colligi
 ibi maiorem spiritus copiam oporteat; uel ad potenter domā-
 dam & consumendam multam magnamque uim alienorū
 insolentiorū, quæ ibi fortè colligantur, ut tu aliās nosti; uel
 ad difficile omnino aliquod conficiendum. Quare, in basi cere-
 bri est textum propter multitudinē frigidorum, quæ per illud
 aceruantur, ac talia, quæ citō intendere actionem queant, uel
 opprimere decidendo. Venis, sub quas fit semen, sunt conuo-
 litiones arteriæ, quia per non longum omnino spatiū efficien-
 dum erat semen, quod non ita facile est factu: sicut quō cibi

G 2 diffici-

difficiliores parētur, copio siore igne opus est. Sed his missis (cupio. n. iā perucnire ad finē) esto, do, si cupis: fāt isti spiritū omnes ab ijs uisceribus, sicut tu uis, quod tamē nūquāni erit uerum: ostendatur, quo modo sint instrumenta gerendarum facultatum. Si caloris essent facultates omnes, facile foret negocium: at non sunt eius nudi omnes in omnibus. Si igitur aliūs rei: uel quo modo dent illa spiritibus, uel quo modo iij habeant, & gerant, numquām ostenderis. quamquām qui ostendas, qui es- sentia in facultatum te nescire fateare? Sed cerebro, de tua sen- tentia, ne quidem sit opus spiritu ad facultatis transmissionem. si enim qualitas est id, quod transmittit per neruos: cui usui ad eam rem spiritus animalis: nam ea hercule multò aptius, multoque forsan facilis à cerebro ipso per substantiae cum nervis continuationem & similitudinem transmittetur. Spiritus au- tem naturalis tibi uel auctor est naturalis facultatis, uel quasi uehiculum: utrumuis sit, præstat omnino, ut partes peragant omnia munia naturalia, quæ planè sunt satis ad tuendam sub-stantiam, atque uitam: cur ergo non uitalis quoque is sit spiri- tū? Sed si spiritu quoque uitali opus habent partes tūm ad ui- ta, substantiaeque conseruationem, tuitionemque, tūm ad mu- nia peragenda; à se enī, uel influente spiritu naturali, defice- rent breui: sic enī est planè: & tu ipse sapere aīs, calorem nati- uum partium uitalis facultatis continenter influentis benefi- cio conseruari, & eas insug perficere actiones suas: cur nō semel, uitalem ipsum etiam naturalem esse, statuitur, ut à te etiam ipso.

*Product. seu aliquando statutum aperte est, situus liber est, & dictum sapere Medico. loquendo? Quidquid enim natura ab alio conseruatur, à simili, parique conseruatur: & quod à se deficit, nihilque potest, & perit, nisi ab alio non pabulum, sed uim uitalem, auctoremque uitæ capiat; id ab eo principium uitæ, & uim, qua uiuit, omne, uitamque ipsam accipere, statuendum est. *M*autem cùm cere- brum quoque habeat à spiritu uitali, uero, ne præter tuam spem neque actiones, neque uita cerebri à suo ipsius principio. sint; sed spiritus uitalis continenter subeūtis, & cùm subierit, in- existentis. Tūm si spiritus uitalis uitæ est auctor, quia quidem planè sentimus atque mouemur: cur non idem quoque sit a- nimalis? Tu sapere inquis, arterias pulsare ad spiritus animalis gene-*

generationem: cur tantum ad eius, qui cerebri cellis continetur, non etiam ad eius, qui in cæteris corporis partibus? Animali autem spiritu pereunte, perit sensus & motus, uita nimirum ipsa: cur igitur idem non sit uitalis? Non potuisse autem inducere in animum, neruos omnes deferre spiritum animalem, quia in musculis, eorum fibræ nimirum exsiles uiderentur. Quid? nonne partibiles ea sunt etiam per longitudinem? non concipiunt humorem? si humorem, quanto magis spiritum, rem ætheream? An non in angustius multò cogi possunt nervi, & fibræ eorum singulæ? planè possunt, ut uidere est, cum exciscantur: ergo habent cauitates. Neque negare id nos debemus, quia oculis nō uidemus meatus: iniurium id est in naturam, quasi uero non possit ea talem efficere substantiam, quæ ut ipsa fugiat uisum, sic etiam locus, quæ meat. Hebetes sunt sensus hi, & tantum grandes differentias possunt dignoscere. Sed si non à cerebro mittuntur spiritus in alias partes corporis, ergo neque ab alijs principijs: principiorum enim, quæ aliorum sunt principia, simili ratio est, si simili ratione principia ponuntur, uti hæc. Non animaduertis autem, quæ difficultates excipiunt causam qualitatis. Primum (quia uteris similitudine Solis, lumen per aëra mittentis) aio, imparem esse similitudinem: Solis enim lumen admittit aër purus, pellucidus: nervi uero tamen crassí, tamque opaci sunt: & crassities, opacitasque uehementer obstant qualitatum transmissioni: & quidquid sit illa transitura, oportet nervis tamen promptè recipiatur, ut quo tempore uoluntas uelit, eodem moueat extremus pedis digitus. Tum qualitatum, quæ agere & facere opus posse uidetur, unus tantum uidetur modus mouendi loco aliena, quæ correpta habent, unusq[ue] mos: rapere ad principium, unde ipsæ manant: at qualitas delata per nervos non cerebrum uerius tantum mouet: sed est, ubi planè in aliud centrum, ut in uillis circularibus intestinorum; aut (si eos neges ab illa moueri) sphynxterum. Dicinde semper illæ mouent, aut conantur mouere, nec cessant omnino umquam: ista uero tua sub neruos & musculos sæpè, & multum otiori appetet. Quamuis tibi non alias est sub illos, nisi cum est uoluntas: quæso te, quid impedire, ne semper mittatur? Sol semper mittit suum lumen: & per Iouem,

per se quidem, nullo tempore temperare posse uidentur substantiaz ab emissione qualitatum suarum, carum, quæ extra mituntur. Non oportet obijcere iterum, absurdum esse, non abudare cerebrum ea qualitate, quam impariatur alijs; sed deprehendi brutum, nedum immotum. Verumtamen proferatur, quæ nam ea sit qualitas: dum enim lateat, nulla eius haberari ratio possit. Sed tu certè uir bonus, atque adeò optimus, qui scè pè ea, quæ nesciebas, ingenuè te nescire fatebare: quare sim inhumanus ac ferus, si in tantam probitatem sim iniustior: nec uero meus in te amior, studiumque patiatur.

PRIMI LIBRI FINIS.

LIBER SECUNDVS.

PRAEFATIO.



I R A R I satis non possum, *REX* magnanime, multos, qui opinionis errore hoc tempore accusant philosophiam, quod detinens hominem caussis naturalibus, auocet à cultu *DEI*. Qui quidem si quid dicat respiccerent, & rem recta ratione cognoscerent, profecto iustiores essent erga philosophos, & magis etiam pie in *DEVVM* loqueretur. Nunc enim dum piissimi, & religiosissimi uideri uolunt, in iuriis sunt erga immerentes, & contumelijs ipsum etiam afficiunt *DEVVM*. *DEVVS* enim ipse à principio hunc mūdum, natumq; creauit, & scimus quam ob causam: scilicet ut se ipse manifestaret; cumque propterea creauit, tūm ea forma, dispositioneque posuit, quam mirari satis non possumus: tūm facta dēinde non celiare, & nihil agentia, facientiaq; uoluit esse,

Sed

sed usq; ea fieri ab ijs, & in ijs iussit, quæ qui cognosceret, cauſſas
quæ, rationesque perspicceret, nō posset non colere, & omnibus
afficere laudibus auctorē principem. Tunc enim substantia, mē-
tisque præstantia clucet, cūm eius uirtutes elucentur: uirtutes au-
tem operando, inquit operibus ostenduntur. Quare qui negli-
git naturam, planè negligit ea, quæ DEVS fecit ad sui patefa-
tionem: & qui improbat, improbat DEI consilium, atque fa-
ctum: qui uero se ab ea auertit, eamque detestatur, à DEO ipso
cognoscendo auertit sc̄, DEM que detestatur. Quid enim
non sit ita, si à DEO creata est illa, & ob cauſam, quæ prædicta
est? Atque his criminibus satis imprudenter, inscienterque al-
ligant ipsi sc̄ isti, qui studiosos naturæ, naturaliumque indaga-
tores rationum calumniantur. Non sic patres illi ecclesiæ uete-
ris, ut pij, sic docti: amabant enim philosophiam, colebantque,
& probabant philosophos, qui uidebantur optimi, sequebanturque
etiam opiniones eorum in cauſis grauissimis: ut Basilius Magnus, Athanasius, Methodius, & quotquot secunda sy-
nodo Nicæna conuenere patres, Platonem de substantia ani-
mæ sequuti sunt, recipiētcs, esse eā corporeā, sicut philosophus
ille statuerat; & esse ignem, aut aërem, naturam autem habe-
bant DEI uel filiam, uel famulam: aliqui etiam manum ipsius
DEI, existimabantque, naturalia hæc esse ueluti scalas perueni-
endi ad DEM cognoscendum: aliqui etiam, & iſ optimi, sta-
tuebant hunc mundum esse quasi speculum quoddam, quod
referret imaginem DEI. Verè, & recte, & sapienter. Quia enim
natura in omnibus DEO obsequitur, & usq; quæ DEVS uult,
rationeque, quam ille instituit, & uult, facit: iure optimo uel fi-
lia, uel famula, uel manus etiam DEI uideri debet. Cumque
hic mundus forma, mensura, ordine, arte, prouidentia sit factus
undecimque admirabili, atque stupenda: meritò censeri de-
bet opus, quod facie sua referat informabilem & incomprehen-
sibilem opificem: aut uero ueluti scalar, quæ ducant ad DEI,
qualisquinque tandem haberit hic potest, cognitionem. Exclu-
sus enim animus noster cœlo per aliquod tempus, obuolutus
que corpore hoc graui, bruto, atq; inertii, tollere se in altum,
aciemque suam sine obſtaculo intendere non potest: itaque si
hac conditione rerum suarum aueat tamen cognoscere aliquo

Actione 5.

modo rerum opificem ac dominum, non possit aliud, ac contueri & contemplari hæc, quæ ostenduntur, & ab eo facta sunt, quæque in dies, ut ille idem instituit, iubetque, fiunt: ut ex operum excellentia, coniiciat auctoris, opificisque excellentiam & diuinitatem. Simili quidem modo, quo ipsum animum, quem nec cernere oculis licet, nec tâgere manu, describimus ferè nobis ex operibus, quæ facit hoc corpore, uel per huius corporis motus cum sub hoc facere deprehendimus. At *CHRISTVS* est querendus, inquiunt, à quo si digrediare, nusquam sis inueni turus salutē. Quis est tām amēs, uel tām impius, qui hoc audeat negare? Sed quid si quis *CHRISTVM* querēs, interea etiam contempletur pulcherrima hæc opera *DEI*, ex quibus cognoscat *DEI* potentiam, bonitatem, beneficētiā, aliasq; uirtutes, & monstrās etiā ea, quæ in his sint in usum hominū, cōmunemq; utilitatem, benē m̄creatur de rep., accusandus is? dānandus? O iniustitiam non ferendā: neq; in nos solūm, sed in sc̄ ipsos. q; etiā quidquid de *DEO* norūt hīc in terris, norunt ope horum, quæ creata sunt, quæq; ostenduntur sensibus, corū enim, in quibus hæc deficiunt, itā ut ne similitudine quidem iuuare ualeant, non possunt ipsi habere aliud ac priuationem cognitionis esse uidelicet talia, quæ hoc statu, hacque conditione rerum, nullo modo assēqui detur. Illud enim uerum est: non potest natura assēqui per se ea, que *DEVS* ipse reuelauit, præcepitque hominibus: ut, mundi principium & finem, mortuorum excitacionem, animorum æternitatem, & cetera, quæ fide christiana cōprehenduntur: sed cūm ea non assēquitur, non negat, neq; propterē se alienat à *DEO*: qui enim neget manus ea, quæ homo, cuius est, facit? aut qui aliena sit filia à patre, quæ ab eo digredi nec uult, nec potest? sed ostendit suam humilitatem & stupidiatatem, propter quas ad tām sublimia, tamque secreta per se peruenire non possit. Non est autem neque eam ob causam accusanda, atque damnanda: sed auditis suis rationib⁹, conandum attollere altius, quam ipsa per se possit: si id fieri nequeat, commonefacienda conditionis suæ, & relinquenda loco, quo est: intereaque alio modo ad sublimia contendendum, & diuina tenere conandum, quantum in hac uita, & hoc loco datur. Sed accusatores nostri ferè in omnibus caussis feruunt & quo animo

naturam uti suis rationibus, præter quām in causa animæ non possunt pati, philosophum dicere, naturali ratione non posse probari animæ immortalitatem. Sed ò impioratatem, pietatis pretextu uelatam. Si naturali ratione probari ea potest, cur fide in beatorum sic tenet? curest in symbolo Apostolorum, *C R E D O X I T A M A B T P R X A M*? Tollatur de symbolo ea pars: quid enim facit, si quod dicitur, patet naturali ratione? Matthia Apostole, tu stultus es, uel falsus, horum iudicio, qui humana pro diuinis præcipias nobis: stulti quoque, aut falsi ceteri, confortes tuū, nunc caletes diui ut tu, qui idem senserunt. Ad tales salebras, *R E X* optime, taliaque absurdia adigit homines ignorantia coniuncta cum arrogantia. Non sic uir solidè pius, arque cordatus: sed omnia circumspiciens, & recta ratione cognoscens, animo æquo & alto sic statuet: Christiano homini minimè esse dubitandum de immortalitate, sed firmissimè eam teendam: quæ quidem si non esset, ne uiuentum quidem homini esset: quo autem modo, & qua facultate eam nocturi simus, permitteandum *D E O* immortali: humanis enim rationibus assequi nemo potest. Quod enim dici solet, etiā nonnullos philosophorum posuisse animæ immortalitatem, id nulluna est: nullis enim rationibus probare illi attentarunt, quæ non confirmantur alio negacio: & id quidem assertentes non egerunt philosophum naturalem: nec uero ipsi per se, dumq[ue] hac sensibili ratione, primo animaduerterunt: sed sine dubio primū à theologis Hebreis ad philosophos cuiusvis gentis, qui id emanuasse ferantur, profecta ea vox est. Necesse autem est statuere, uti dixi: & in naturalibus agendum naturaliter: & in causa æternitatis animæ, ut in ceteris, quæ sunt fiduci, conscienda fiduci prærogativa, quod uel in primis faciendum, est christiano. Atque hoc potius facere debebant: etiam isti accusatores philosophiz, quām pietatis pretextu tam iniuriosè tam que impiè agere. Sed de accusatione naturæ, studijs eius, satis sunt à *D E O* ipso refutati, & castigati, qui ipse illā creauit, & deinde in symbolum sui erga naturam amoris, & coniunctionis, uoluit filium suum naturam nostram assumere, adiungere q[ue]c fibi. Nos autem, *R E X* humanissime, istorum reprehensiones nihil curantes, gaudemus in sinu, & quo animo, contenti recte factorum,

DE NATURA HOMINIS

factorum, restorimque sensuum conscientia: ipsorum uocula ab instituto non auocabimur. Quare philosophemur, & prosequamur tum alias alias praeclara, tum nunc susceptum opus, subdamusque, quae possit simus. Superiori enim libro excusse & confutatae sunt sententiae probatorum ueterum de natura hominis: reliquum est nunc, ego quid sentiam de ea redicam. Sed id dum paro, exterret me (ingenitè fatetur) exemplum multorum, qui hac etate dissidium fecerunt à ueteribus: qui quidem dum eos impugnarent, eorumque rationes refelleret, uisi sint nobis admodum tulperit dare se, sed afferre rationes ferre recipendas: ubi autem ipsi præcipere, & sua tradere incepérunt, DEVM immortalē: quām imparē, quām inferiores se ostenderunt: ne quidem discipulis eorum, quos confutarat, fuerunt conserendi. Sed non propterea ego cessabo, nec dengabo amicis, uiris magni, candidique iudicij, qui sapientē me ad eam prouinciam sunt adhortati. Eoque aggrediar alacrius, quod (etos, hominesque eōtestor) nulla cupidine nouae gloria noua motior, sed ut simpliciter proferat, tradamque, quae magno labore intenisse uideor. Quamquam ne noua quidem prosfus ea sunt: nam uero pauca comperientur in eorum dictiorum, quae ueterum aliquis quoquo modo non uiderit, atq. retulerit; licet uel dubitanter dicere, uel rufus aliquando porraboro, uel etiam deinde ea subderet, quae non apte quadrarent positis: quod erat signum, non explorata satis ratiōne protulisse ea, quae protulisset. mihi autem id erit multum ad fugiehdērōm uis inuidiam. Fretus autem simplicitate animi mei, spacio, tibi & alijs, uel quibus librum hunc communictare tibi uidebitur, uel qui cūm tamquam tabulam ad templum deorum appensam, dicatamque spectaret, atque legeret, si me non laudatum, saltum meum amplectem conatus aliqua ex parte commendaretur. Unum quidem esset, quod posset mihi impedire tractationem: quippe, quia premissoe oportet aliqua principia, unde tota ea ducatur, que promere non licet hoc argumento: sed dabo operam, rem instituam, tractemque ijs rationibus, itaque compositis, que uel nulla probatione cegant, ut quae patet in sensibus; uel talis, quam gnatum ingenium per se nullo negotio assequi ualeat. Iamque ipsam tem agredi tempus est.

*Corpus humanum constare ex pluribus substantijs
inter se dissimilibus. CAP. I.*



Vi naturam corporum recte, & sine errore cognoscere student, iij adhibere, & seruare solent talem regulam: nempe, ut simplicia considerent simpliciter, composita autem disgregent, cernantque scorum simplicia: putant enim non recte esse, iudicare de composite, sicut de simplici: & animaduertent, compositionē uehementer posse fallere nostros sensus. Eos nos, ut ueros, rectosque, testabimur: & cognituri corpus humanum, rem numerum in modum compositam ex dissimilibus inter se, conabimur prius disgregare eius dissimilitudinem, ac deinde sic discretam intueri. Non est enim disgregatio corruptio unius aliquius, ut existimat quidā etiā hac erat: sed planè secretio eorum, quæ, cum singula apud se simplici, inter se uero omnia dissimili natura essent, confusa tamen simul, consertaque erant, ita ut nobis unum quiddam aliud simul referre, simplexque possent. Non deficit hoc tempore aliquatenus idoneus modus segregandi, cum uolumus sumere laborem: at si ille non omnino sufficiet, usui fuerint rationes, quas ego quoque notaui alio quodam libro, nec nunc hic adscribere oportet. Res enim breuiter sic habet. Sunt in hoc corpore partes magnopere crassæ, adhuc terrestres, quæ obsistant, sic angas sunt non ita crassæ, sed humidæ, & liquidæ, quæ grauiter inuidenti facile cedant. Sunt aliae uapidæ, tenuiores liquidis, quæ etiam faciliter cedere possunt. deprehenduntur etiam adhuc uapidis tenuiores, quas dicimus habitus. (sic distinguere, & appellare commodum fuerit species substanciali se à crassitate ad magnam tenuitatem consequates.) Species autem ex sic comprehensim notataz, non sunt singulæ in uno quasi gradu, ita ut omnes partes crassæ sint exquè coadæ, & solidæ; & sic liquidæ, & ceteræ: sed singulæ species multorum sunt ordinum, multorumque graduum: (ob exadiorem distinctionem faciemus ordines quosdam speciem, ac deinde etiā ordinem diuidemus in gradus:) & crassarū sunt magis & minus crassæ, usque dum sint, quæ liquori videbitur.

H 2 autur

antur finitimi: & liquidarum deinde minus ac magis tenues, usque ad consistentiam uapidam: & sic deinde uapidæ & hali- tuosæ, minoris, ac maioris tenuitatis ratione differentes. Fuerit quoque in corpore humano (dicendum est enim etiam nunc) spiritus, substantia nobis supra omnia halitum ponenda subtilis, atque leuis: ut par est esse sub compositionem crassiorum & tenuiorum, in qua diutius ualentior calor labore, actionis cuius finis ultimus semper uidetur esse res magnopere tenuis, hoc est ipse spiritus. Sic consistentia, & nomine etiam iam, differentes res palam in compositione corporis nostri deprehenduntur. Vnde autem sit tanta dissimilitudo, quare nunc, uidebitur extra argumentum: sed si queratur tamen, dicam breviter. Est, quia suprema terræ, uade animantium materia desumitur, multò adhuc maiore constant dissimilitudine: nec quia quatuor prima clementa, ut putarunt multi, misceantur: sed quia hic in medijs spatijs pugnant naturæ ageres, uario Marte, uarioque successu: dumque illas uariè, ac diuersè affici, mutari que contingit, sit, ut materia quoque, quam illæ occupant, uarios, diuersosque contrahat habitus: ut alias, loco commodiore, exponetur.

Cuius natura sint substantiae, ex quibus consistit homo.

CAP. II.

 Ingulæ autem substantiaz species, singuliq; ordinæ, atq; gradus, ut consistentia differentes sunt, sic etiam alijs qualitatibus differentes erant: fert enim discreta & syncera ratio rerum, ut quæ uno differunt, alijs etiam different, uidelicet, quæ propriè inhaerent, non quæ (ut sèpè accidit fieri in his medijs) ut externæ adsint, aut adesse uideantur. At qui si accidentibus differtunt, ut etiam naturæ differant necesse est: id enim est perpetuum in rebus: nempe, ut iuxta rei naturam, sine cætera omnia, quæ sunt in re: itaque si alia illa erunt, rectè arguere licebit, aliam esse rei naturam. Cuius uero naturæ sint substantiaz, quæ componunt corpus nostrum, hoc est, à qua incorporeas sint tales, nullo negocio nos inueniemus. Non enim dubitamus, neque efformamur dubitandi,

media

Z I B E A . J S B C X N D P S .

media omnia referenda esse ad prima, & ei primo subiecta
singula, cuius adhuc, utcumque mutatas, uidetur retinere con-
ditiones: & ad eius naturam referendam esse singulorum natu-
rum, qualiscumque iam sit tandem. Nunc igitur, cum est ani-
maduerunt, duo tantum esse prima corpora, alterum terram,
alterum hoc tenue, quod per sublimem fertur locum, siue æthe-
ris, siue aliis rei nomine uelimus appellare: quæ uidebuntur
accedere ad terram, eius naturam retinere statuendum: quæ ad
ætherem, ætheris naturam. Terra igitur est iners, crassa, opaca, & fri-
gida: quæ igitur grauia sunt, & crassa, lumen neque reddentia,
neque transmittentia, frigida quoque natura erunt: & quæ ma-
gis grauia, crassa, opaca, ea magis frigida. Aether mobilis, tenuis,
qua lucidus, qua pellucidus, & natura calidus: quæ igitur
mobilia, tenuia, pellucida, aut luminis aliquid participantia, ca-
lida quoque natura erunt: & quæ magis mobilia, tenuia, pelli-
cida, participiæ luminis, ea magis calida. Ut quid consistat ita
in medio, ut ne ad alterutrum referri possit, est impossibile: ta-
men si quod nobis dubitationem afferet, inspicienda perspicui-
tas, aut (quod puto certius) experienda leuitas, aut utraq[ue] ex
enim poterunt nos ducere ad naturæ rei intentionem. Sapor
super omnia potest prodere naturam rei, si liceat experiri; & gus-
tatus syncerus haberi queat, & simus boni cognoscendi ex sa-
pore iudices. Fit enim in natura hoc modo: Prima corpora, dum
alterum ab alterius ui mutatur, & in oppositum agitur, retinet
tamen longum suam naturam utcumque mutatam, & a se ipsa
aliam factam, usque ad extinctionem eius; & simul omnes suas
conditiones: inde alienæ qualitates incipiunt apparere in ma-
teria, sed insimil primò: tum per medias species accrescere ui-
dentur, usque dum ex opposito rursus ad summum eis ferint.
Itaque quod ad alterum iam accedere, idque quoquo modo at-
tingere uidetur, ei, ad quod accedit, sine dubitatione attribuen-
dum. Nec dubitare oportet, quia aliquando contraria appareat, &
crassa quædam sentiantur calida, & tenuia frigida: nam (ut di-
cebamus superiore libro) uel composita erunt dissimilia, uel
modo ingressa incorporea nisi aliena aderit: uerè autem res ha-
dererit, uti exposui, & ita comparietur, si aliena secesserint. Anti-
quiorum multi media hæc mutatione quidem primorum, sed

H 3 magis

44 D E N A T U R A H O M I N I S
magis mistione & præsentia contrariorum, decreuerunt exsistere: nos autem, quibus modo mistio nulla est, dicimus, media esse, quia prima, usque simpliciter secum habentia, descendunt à summo ut deicata contrarij, & minora, & alia omnino à se ipsis reddita. Ex talibus, & eius naturæ substantijs, compositum, constitutumque est nostrum corpus. Qua quidem ratione statuenti tibi non erit uerendum, ne uel Empedoclis & cōcoris conuentus elementorum, alioqui immutabilium, sed in minus illima redactorum, ut refert Aristoteles, uel Epicuri atomorum concursus, aut Anaxagore homœomeria, aliaeque eiusmodi incipiæ obiectatur: ratione enim restat, & discretè quaestita arguente, approbanteq; sensu, palam sic esse demonstratur.

Quia substantia naturæ inter se dissimiles semper inter se pugnariunt, sc̄q; inuicem turbariunt, oportere, in corpore humano una aliqua superet, que premit, & corrigat alias.

CAP. III.

Porrò ulterius sic procedemus: Quæ inter se dissimili natura sunt, naturaliter quidem, contraria inter se sunt, uiribusque prædicta, quibus se inter se infringere, & perdere omnino ualeant: & si committantur, dum sint, ferant uires contraria, oppugnentque se inter se, ut dixi etiam altero libro. Cūm igitur compositio corporis nostri sit extat, & tam dissimilibus inter se: certe, quantum in ijs est, semper pugnabitur, & semper erit labor. Non enim tantum materia ea sunt, sed singula substantiaz compositaz, constantes natura, quæ agere possit. Tum impossibile est, ut quæ dissimili, impariue etiam inter se natura sint, similiter, pariterue operentur: (inteligo nunc operari, mouere se, aliæque simul, loco, aut manero) nam eius rei quoque studium, & facultas est à natura, secundum eius speciem, atque gradum: estque immota lex, singula pro genere, proque gradu operentur, nec aliter, magisue, aut minus, nisi impedianter. Quando igitur usque adeò dissimilia, impariaque sunt in hoc corpore, dissimilium, impariumque studiorum: quantum quidem sit in ijs, numquam fiat unum aliquid rectum,

reputum, uel certum; immotaenim detinere conabuntur mobilia, & haec illa agere, rapere: impariter mobilia se inter se conturbant, dum aliud alio agosine, & alia forsan uia conabitur mouere. Quis erit modus comprimente pugnæ, & corrigendarum turbarum? Quoquid me uertam, is uidetur esse, nec preterea aliis: uidelicet, ut una aliqua substantia longè superet alias, & utribus suis illas frangat, & quamuis reluctantes, trahat secum tamē, si mobilis sit ipsa. Nulla enim ratio fert aliter, nec ipsa natura aliter ferre potest. Ac una inquant superet, non duæ, uel tres: nihil enim minùs pugna & turbæ inter duas dissimiles fuerint, quam inter plures, si utraque in alteram uires potenter, efficaciterque miserit. Ad eam igitur, quæ superat, inuenientiam accingamur.

Qualis sit substantia, qua superat & dominatur in corpore nostro. C A P - I I I .

 Ed in tanta dissimilium compositorum turba uix puto eam secretò deprehendere licere: & forsan ipsa per se fuerit talis, quæ facile aciem oculorum, tamque manuum, ut est cum compositis, ualeat esfugere. Quare artificiosa uia insistendum, si ad eam cupimus peruenire. Brevis quidem, & expedita uia esset, indice eius incorpoream, hoc est calorem: cius enim esse calorem hunc nostrum, quem (recte quidem) uocant animalem, non est dubitandum, quando ea abeunte, perit omnis hic calor. Cumque sit competum, calorem maiorem, uerè non cōsistere propriæ, nisi in subiecto maiorem in modum tenui: iure statuere uideremur, quæ sitam substantiam esse calidam, tenuem, mobilem: leue enim etiam mobile. Placeat autem magis, inservire asia uia forsan magis idonea, quæ talis est: Vbi in composito superat numerum aliquid, consequens est, ut operatio, quæ fit in compagno, uel omnis, uel certè ferè omnis, fiat iuxta ingenium superatis: sic quidem res fert, & veteres etiam ipsi monuerunt. Nunc igitur motus, qui multis partibus corporis uidetur esse perpetuus, & comportatio materiae huc & illuc per corpus omne, etiam perpetua, & is etiam motus, qui dicitur uoluntarius, cu-

ius exercendi uiuo homine perpetuò facultas est, oportet siat substantiaz superantis: si enim ea perpetuò superat, perpetuò ceteram ex eius ingenio erit operatio. Grauia uero hæc, quæ sunt in corpore nostro, palam immobilia sunt per se: mouentur enim subinde manifeste facta ui, nec semper quod est indicium, ab alio, & cum labore moueri: & sub mortem remanent penitus inertia. Natura uero sic habet: quippe, ut substantia numquam facultate ex ingenio operandi deficiatur, dum sit ultimum, nec etiam umquam esset ab operando, prout opus suæ conseruationis requirat. Substantia igitur superans erit auctor motus. Atqui si id est, ut est; iam tenemus eam: nihil enim aquare indicat, & manifestat latentes substantias, quam operatio. Scio autem, motum contrarium esse immobilitati: dictaque ratio, quemadmodum motus est immobilitati contrarius, sic mobilem substantiam ab omnibus nominibus contrariam esse ei, quæ immota est. Agemus igitur hoc modo: considerantes conditiones huius crassi, quod est immotum, subinde transiuentes per collationem ad contraria, ex aduerso ponemus substantiaz propè perspectæ conditiones. Hoc graue est, ergo illa leuis erit. hoc non aquare quidem, sed crassum omnino omne: igitur illa tenuis. hoc opacum, lumen neque reddens, neque transmittens: illa igitur lucida, uel omnino pellucida. hoc immobile, loco per se immotum, semper sic mansurum, dum erit tale: illa igitur mobilis, per se semper mota, sicut natura per se à sua propria operatione cessare nequeunt substantiaz. hoc natura frigidum per se, ut appareat saltum sub mortem: illa igitur per se natura calida. Mobilem etiam eam à se esse, quando hoc est immotum, prædictum est: & iam motum eius sequimur, tamquam ducem ad eam. Sic breuiter erit substantia, quæ superat in compositione corporis humani. Si quæris simile, contemplare hoc purum, leue, & tenui, quod occupat sublimem locum, quod à veteribus siue ab ardendo, ob calidam sui natram, siue à perpetuo cursu, est æther uocatum: huic enim non modò assimilasse, sed tamquam suæ uniuersitati retulisse iure uidebere iam comprehensam substantiam: sicut contrariatum conditionum corpus terræ, uel terræ finitimum. Spiritum non incommodè uocaris, usitato iam nomine. Nam spiritus mihi,

& corporea omnino substantia, ea, quā querebamus, uisa est, & incorporeae esse non posse, quia horum crassitudinum natura omnino non est ea, quae est esse & tristis motus: itaque si illa in his sit, ut aliena omnino sit, & per accidens, ut loquuntur. sic enim sunt naturae, ubi sunt ea cōditione. sed quē ut alienae sunt naturae in corporibus, (quantum ostendūt eae, quae se mihi referunt cognoscendas,) durare in iis non possunt, nisi alia consimilis foris usq; submittatur. Tum naturae incorporeae materiam alienam, cūm possunt tollere, unico modo uidentur mouere, nec alio: scilicet, rapere ad principium, unde ipsae promanant: sicque calor celestis sursum euchiit, fornacis rapit ad fornacem int̄terā, dum sursum properat ad calidorū primū, quare ea uia etiam attrahit. catulus saltans aliquando in os tormenti bellici feruentis uia caloris absorptus est. At in corpore nostro & in alias partes mouetur, comportaturque materia: & sanè spectabile est, qua moderatione, qua arte, tam multis, uarijsq; modis ea ducitur, singiturque. Id cūm non sit moris naturae incorporeae, corporeae erit. Si forte nunc quereras, unde sit talis substantia in hoc corpore, aut unde aduenierit; dicam. Est, quia sub hoc ipso corpore producta est, & ab hoc ipso conclusa atq; coērcita ita, ut ne elabi posset. Quod si adhuc iubeas exponi modum, quo illud fuerit factum, dicam etiam breuiter, aliquid tamen paullò altius repetendo.

*Quo modo fuerit factum, ut spiritus esset in
hoc corpore. C N P. V.*



ritus nostri primordia ex semine sunt. Semen autem non est unum simplex, sed compositum etiam ipsum ex omnibus generibus substantiarum, excepto spiritu. Sunt autem copiosiores in eo duas species substantiae: una ea, quam dixi halitum, res, quae quidē non est spiritus, sed propinquā spiritui: altera crassitudines. Quae quidē crassitudines tūm multæ sunt, tūm ferē ita cōminutæ & leuigatae, ut facile sequai composita queant, si illa cōfertim conentur ire. præterea multis partibus amplexatae inter se & coagmentatae, ut semper consiliaria amplectuntur se inter se. Ea autem rati-

massa comprehensa loco, ubi procreantur, consequitur in tempore non ualde longo, ut de substantia, quae in ea massa proxima spiritui est, spiritus planè enascatur, similis (ut dicam brcuiter) spiritui parentum. Factus autem spiritus profectò statim elaberetur; nam nullum natura est libens cum dissimilibus, quae eadem cuncta sunt contraria: sed non unum obiicitur obstaculum. Per id enim temporis locus, in quo sit generatio, quasi studente natura parentis, arque conante retinere fugituum, ita clausus undique, & ita constrictus est, ut meritò res mira uidetis soleas. Crassitudines autem ipsæ, inter quas spiritus exortus est, coagmentatae multis paribus, uti dixi, nolunt omnino dissipari: itaque quantum etiam in ipsis est, non facile per medium sui exitum dare paratæ sunt. Non enim in superficie earum producitur spiritus, sed penitus sub illas, sicut sub illas quoque per omnia habebatur halitus. Sed ipse etiam spiritus, ut factus est, ipse quoque sibi exitum usque arctiore, difficilioremque reddit. Nam (quæ est cupido, & studium inexpibile omnium naturarum) dum sese multiplicat, & sibi copiæ adauget, agens etiam uehementiore uitæ, quam per ipsius exortum in semine agebatur; consumitque in eam rem non halitus modò consequentes, sed uapores, atque liquida: crassitudines priuatæ liquentibus, quorum interuentu magis laxæ, magisqæ apertæ tenebantur, cogunt, constringuntque sese: sive uidemus fieri in aperto, ubi liquida de medio crassiorum, quibus composita erant, exhaustiuntur. inde uero postea difficultius adhuc spiritui fit exundi negotium. Et quia ille nunquam cessat, sed usque etiam etiamque idem agiteo modo usq; magis magisque angustum exitum sibi fecerit. Verum enim uero coquidem loci nunquam penitus deficere humores poterunt: & præterea habitus ipse crassitudinum non est talis, qui facile obriri possit: quam ob rem licet ea usque magis magisque coarentur, tamē longum duetiles, atque sequaces erunt. Eam autem ob causam fieri, ut si quæ tamen conclusus spiritus impinguum facere uelit, atque illæ sequantur, nec dimittant. Primo quidem ille fit paucus: & deinde augetur quidem usque, sed paullatim, ut de materia per gradus, perq; ordines consequentes. Coercentia uero crassitudina præter quæm quod quanta sunt, cunctæ

eum etiam aliquatenus auctum facile sequi possunt: ipsæ quoque auctu crescunt: namque ibi non spiritus tantum, sed omnia, quæ ad constitutionem talis animalis pertinent, adaugentur. Erit igitur usque crassamentorum taatum, quod spiritum capere commodè possit. Numquā autem ille subito adaugetur ea copia, qua dispellere obstantia ualeat: sicut cām nimium turgentibus contentis disrumpuntur continentia. Iis uero modis undique uia facta, & undique prohibita uia, esse cogitur sub hoc graue & crassum spiritus, substantia tenuis & leuis, digna alio consortio. Eaque cauſa deinde est, ut fiat à spiritu hæc talis corporis conformatio, quam ego quoque alias pro virili perse-
quar, tunc, cūm, DE Ø dante & adiuante, animantium con-
formationem scribere aggrediar: & forte in consequentibus,
arcis ita ferat, quasi præteriens ostendam aliqua rudimenta.

*Num primò oriri, & postea non posse fieri plures, qui
omnes agant & mouant. CAP. VL*

Nus autem sit primò spiritus, partitus, sui similis ab omnibus partibus: & deinde non potest fieri, ut efficiantur plures dissimiles, qui ipsi quoque agant & operentur. Una enim natura, omnino uniformis, initio capit, pertenditque motum: ac necessariò una, si generatio consequi debet. cauſa superius est redditia. Et si uniformis natura mouet; certè unam, simplicē propriè substancial efficerit: simplici enim naturæ in mouendo unus ultimus propositus finis. Deinde uero, ut spiritus exortus est, cuius quoque unius præualebit & superabit tota cōpositione actio & operatio. Qui igitur ille possit propriè facere alios sibi dissimiles? Naturā simile prorsus simile facit: dissimile numquām propriè. Quod si ab aliquo forte dicatur, fieri id tamen per accidēs: nam calor spiritalis dum omnia agere in spiritum conatur, & agit omnino, talem, qualis is, unde est ipse, per media agat oportet; & si per mediā, ergo per spiritus, qui sunt inferiores humano: ego quidem non negabo id; ualet enim ratio: sed dicam: etiam si fiant inferiorum ordinum in corpore nostro spiritus, quicunq; sint, & quocumque fiant modo: tamen (dum benè res cedat) neque

licentia quidquā habere eos in hac compositione: nihil agere, nihil mouere, nihil posse, sortemque eorum esse, ut omnes exceptiant actionem alius superantis, & ab eo patiantur, ineluctabiliter mutentur, & consumantur. Vnus enim (ut toties iam dico) oportet agat & operetur spiritus, unaq; natura, uniformis, eadem per omnia. Si alius spiritus dissimilis, aliaq; natura agat, laboret illa, quæ nunc agit, & pereat, & subinde uideantur facti longè alij motus, quam nunc uidentur. Itaque quæcumq; aliae spiritales substātiaz fuerint in cōpositione hac, iam ferē materia tantum erunt spiritus omnia sibi subiicientis. Quam ob rem, etiam si aliqua tamen actio, aut operatio animalis, in ijs apparet, non erit uerē ipsarum, sed ipsius superantis; qui calorem suum mittens in omnia, eo complebit etiam illas, eo facilius, quod alioqui per se calidores fuerint; & eo deinde non in ijs modō, sed de ijs egerit: quique omnia secum agens & mouens, egerit quoque illas, eoque facilius, quod leuiores fuerint: & ijs etiam motis, si fuerit usus, ē re sua utetur. Ea cum ita habeant, qui nunc de natura hominis tractauerit, non modō commode ad tractionem, sed opinor iure etiam aliquo fecerit, si extra spiritum, qui potitur rerum, & qui princeps, & propriē unica natura hominis est, cæteras substantias spiritales, quæ fortē hīc cōposita sint, cōiecerit in ordinē halituunt, neque ullam earum, ut spiritū, habebit rationem, quando à se nihil quidquam sp̄ititalē faciunt. Homini enim spiritum unum agnouerit, & unum ponet, nulla in parte sui dissimilem. Nobis, qui rem teneamus, & iam rectam rationē agnoscimus, dubium esse amplius illud non potest: sed propter multos, qui hoc tempore non minūs, quam olin alij, irrequietē ambigunt eadē re, & numquam finem faciunt sermocinandi; placeat rogo parum prætendere demonstrationem, quæ id, quod affirmo, cuicunque, quamvis perwickaci, persuadere possit. Non enim à falso imaginibus, inaniter, monströsue confictis, petita est; sed ab ipsa re, ipsa quæ veritate, quam certissima ratio declarat.

Demop-

*Demonstratio, qua ostenditur, spiritum esse unum, sibi
totum consimilem. CAP. VII.*



Eceptum est, (namque ita aperte habet ueritas) ut quod natura nutritur, hoc est reparatur, & quasi supplementum accipit, re prorsus simili facta reparatur, si quidem recte nutriti debeat. Quam ob rem, si nunc nos ostendemus, id, quo in corpore proxime supplentur copiae spirituales omnes, nimirum spiritum, esse ab cunctis partibus sibi similem, iure, quod intendimus, confecisse uideri debemus. Arteriae igitur quae dicuntur in corpore nostro, uasa sunt sic parata, ut ex duabus constent tunicis, quarum una est quintupla tunicæ uenarum: & sic sunt textæ, uillis ita densatis, ut nihil densius uideatur texti posse: & (quantum est animaduertere) non inæqualiter densè sunt textæ, sed æquè omnes. Eaque argumenta planè indicant, ex illis non dari exitum alij substantiarum, præter quam admodum tenui: & ex omnibus æquè tenui. Laboratur autem sub ijs materia propè tota leuis & tenuis; flos sanguinis tenuissimus: quæ (ut ratione duce assequimur) in breui tota in rem spiritalem agi queat. Calor uero, qui sub eas coquit, æquè magnus gradu esse per omnes facile cognoscitur: copia quidem, pro copia materiæ, quæ subest. Muentur autem illæ omnes ferè uno eodemque tempore, à cotidie ad extremas usque: pari certè tempore omnes. tum eadem celeritate, eodem agmine, numero motus. Quis iam etiam à se non colligat, unam, totam sui similem, ijs fieri & deinde emitti substantiam? Qui enī n non fiat, ubi conueniant omnia? materia,agens, instrumentum, motus, tempus, & (si is quoque aliquid ad rei constitutionem facit) locus? Ea uero, quæ fit, substantia, uel omnibus consentientibus, spiritus est. quo iam si suppleatur toto corpore uniuersus spiritus, nihil ea de re ambigendum sit amplius. Attende autem, rogo te, ut supplicetur. Ramis aliquot arteriarum deueniunt sub cerebrum, in cellas quasdam satis amplias, in quibus caput est spiritus: ijs igitur continenter reparant caput spiritus: quis inde postea quasi extendendo artus, procedens per neruos quosdam ductus, compleat partes

omnes, in quibus manifestus deprehendatur sensus. Parnos autem & graciles uidebis eos ramos, nec mirabere: nam cellæ illæ, & ductus neruci de materia bene crassa, ac bene coacta, compactaque sunt: ut non ita in breui inde ire contentus spiritus queat. Reliqui rami & trunci, plurimi, & longè maximi, extenuantur in omnem corporis molem, per omnes partes. Multitudine igitur spiritus, qui ijs redditur, complentur cetera corporis omnia, quæ tanta sunt; & massa ipsa sanguinis, (ut accipiunt & dicunt comprehensim) ex qua, ut materia, corporis omnia ponuntur. Ex successione autem perpetua huius spiritus in omnes partes, duci argumentum potest, alium nullum esse in ulla spiritum, ob caussam, quæ à me suprà ea contentionem allata est. Quam ob rem nihil dubitandum, totum suj similem esse, qui nunc continuè fit, spiritum, & quo continuè uniuersus toto corpore suppletur. Si spiritus nunc spiritu ab omnibus partibus eodem omnino reparatur, ergo ab omnibus partibus sibi consimilis est; & si nunc ab omnibus partibus sibi consimilis est, ergo à primo totus sibi similis productus est. Quid hoc argumento cogitari possit apertius? Quid enim aiunt aliqui, per conuolitiones quasdam, quæ aliquibus locis uidentur, arteriarum, longius morari in transundo spiritum: quare si non fieri ibi aliis, tamē ita cum parari, ut postea egressus fieri possit alias; inscientium est dictum, & à nobis priore libro exagatum. Tantum enim abest, ut ex complicationes spiritum longius retardent, ut ne quidem materiam eius diutiùs possint retinere, quam facerent, si in rectum productæ essent. Nam præter quam quod spiritus materia est flos sanguinis, halitus & uapor: instans etiam est aëris, (ut etiam postea dicam) qui est tam citus: cuius quidem aëris commissio ea uel monento à corde ad extrema usque uasa per anfractus quosque ualeat peruenire. Accedit insuper dilatatio arteriarum, quæ cum primis instituta materia attrahendæ cauilla est: quam oportet sequatur materia: & illa tam celeris est à corde ad extrema usque. Quod etiam dici solet, spiritus egressi de arterijs partem fieri alium, multò magis inscientium dictum est. A se enim nulla pars assumere aliquid poterit, quod etiam non possint aliæ: ab ijs autem inter quæ uersatur spiritus, si qua parte uinccretur, ea quidem mutari, &

si, & fieri alius omnino posset: at ipse uincit omnibus.

Spiritus solus esse hanc uitam: & eius solius operationes omnes, quae finis in uita. CAP. VIII.

I autem spiritus superat unus, ut dicimus, & probamus, & alia composita omnia premit & sibi subiicit, & quæcumque sint, sibi obsequi cogit: ille unus uiuere in hoc corpore putandus est, & eius esse hac uita animalis. Est enim uiuere agitare secundum natu-ram suam: nulli autem aliij substantiae in compositione huic corporis licet agitare secundum suam naturam: aliae enim omnes mutantur à sua natura, & franguntur, & pessum dantur. Tum, si eius unius est uita, eius quoque unius erant operatio-nes omnes uitales; hoc est, quæ rectè fieri uidentur in homine, aut ab homine, suppetente uita. Quod enim uincit inter dissimilia & contraria, indequæ agitat unum ex ingenio; id quoque unum mouere & operari, ut fere natura, & ut est impetus, con-fentaneum est. Operationum autem, quas adit spiritus, primæ offerunt se motus & sensus: quas quidem facultates unde ille habeat, exponendum nobis sine cunctatione, si ea, quæ diximus, probari uelimus.

Vnde spiritus habeat motum. CAP. IX.

Motus quidem spiritus non est unius generis: sed est per locum, & est alius, quem uocant alterationis: qui quidem affectionis est, & semper aliqua affectio; sed ex quadam actione sit à spiritu in se, ut declarabitur inferius. Eum adit, cum qualitates rerum uidemur percipere. Facultatem autem mouendi per locum habet, quia naturam habet, quæ una propriè motus localis est auctor, & statim in loco pati nullo modo potest: nempe calorem. Calor est ea na-tura, quæ gaudet agitatione per locum: proptereaque semper materiam coactam & crassam expandere & tenuare conatur: nadelicet, ut eam subiectam habeat lenem, facilemque ad ge-sendum secum per locum. Aedendi autem affectionis motu facul-

DE NATVRA HOMINIS

facultatem habet, quia sentit: & quae sentiunt, ubi sentiunt, iste
se cieant necesse est, ut demonstrabitur in consequentibus.
Quod si uelis ponere inter motus spiritus actionem, qua cuius
natura mutat dissimilat: id quidem potest, quia calore praeditus
est: quem extendens in alia, quoque superans, flammæ more,
frangere ea, mutareque potest.

Vnde habet sensum. C A P. X.

Vnde autem sensum habeat spiritus, qua de re tam
anxiè ueterum multi laborarunt, nos ne minimūm
quidem in querendo laborabimus: caussam enim
habemus non modò promptram facileaque, sed ne-
cessariam: Quippe, quia omne, quod natura constat, uim sen-
tiendi habet, & sine ea esse non potest. Mirabere, optime R E X,
nouitatem pronunciati: sed attende, rogo, quam eidenter id
ostendatur. Omne simile petit simile, & fugit dissimilia: neque
id caussa loci facit, ut uisum est Aristoteli: nam non substantia
est propter locum, sed locus propter substantiam: neque à loco,
sed in loco queritur bonum. Tum, omne simile amplectitur
simile, & cù eo amicè est: in dissimile agit & pugnat, & ad illud
inualecens colligit se, & unit suas vires. Cur id? scilicet, quia
omne naturam habens sensum habet eorum, quæ tangunt: &
quæ bonūdare uidentur, & souere, & robur suo robori addere,
amicā statuit, & uult ea, & sequitur & cum ijs esse uult, sic spe-
rans uitam perenniorem, uel dulciorē: cōtrà, quæ malum da-
re, & alterare, & frangere; inimica statuit, noxiaque, proptereaq.
facit omnia, ut ne eorum sentiat contactum. Non est enim sen-
sus tantum dignatio alterationis, ut quidam docuerunt, qui
quidem unam modò speciem finiterunt sensus: sed etiam eius
affectionis (non inuenio aliud uerbum, quo exprimam rem) qui à
similibus & cognatis attingentibus datur: qui quidem non est
alterationis, & motus de stā, sed dulcissimi, & (ut sic dicā) ui-
tal is motus ad uim amicā blandissimè quasi afflantem & ue-
getantem. Ut sic forsan commodè definiatur: Sensus est digne-
tatis sui ipsius affectus: comprehendendo uoce affectus id, quod dixi
modò. Nefas sit enim similiūm sensum negare natura: quoce-
nīm

sim modo ea sentetur, nisi sentiat? aut uero qui conseruetur?
 Semper enim uel cum similibus, uel cum dissimilibus uersari
 oportet: ab his caendum, cum ijs manendum: qui id faciat,
 nisi noscat non modò ubi sint, sed quæ sint? Id certè per solam
 tactus qualitatem haberi potest: sed quid pro fit tangere, nisi
 dignoscat qualitatem tactus? Dignoscit igitur, ac necessariò, &
 haec & illa, & utraque positionis ratione: si enim altera generis
 opposita sentit, altera etiam sentit; semper enim erit sentiens:
 atque inde altera refugit, altera sequitur: quo studio maximè
 conseruatur mundus. Omnia igitur, quæ constant natura, uim
 sentiendi habent: spiritus est substâlia naturalis, natura cōstans:
 ergo uim sentiendi habeat necesse est. Quòd si in primis uera,
 atque adeò necessaria ratione non satisfacio, quando plurima
 uideantur esse, quæ disjecta, ad necem acta, extrema patientia
 nullum dent indicium sui sensus: & multa consimilia disiuncta
 & dispersa manere, & quasi negligere se inter se: cogor pluribus
 uerbis reddere causas eorum factorum, & posteà eidemtiori-
 bus argumentis ueritatem illustrare. Ac principio aio, sensum
 non esse materiæ, sed naturæ incorporæ, quæ est in materia: ma-
 teria penitus bruta est. Impossibile autem est, offerri nobis sen-
 sum naturarum, nisi earum ad nos perueniat motus, & sic affe-
 ctus earum aliquo modo participes fiamus: motus enim est no-
 bis alieni sensus index; & ferè cum sensu cōiunctus est. Natura
 autem sine dubio ad omnia tangentia commouetur, quamvis
 alio atque alio modo. Dupliciter autem eam agitare accidit:
 nempè, uel nudam, per accidens ad huc extensam per aliena cor-
 porâ; uel cum materia iam supposita sibi, & eam quasi induitâ.
 (per te hæc melius intelliges: ego enim ut declarata & suppo-
 sita iam, assumere opus habeo.) Nudus motus erit secretior; quip-
 pè quia facile latent sensus nostros motus incorporeorum: in-
 dutæ in multis est manifestus, & cum sensu habitus: in multis
 manifestus, & quidem cum sensu, sed non habetur; in multis
 autem est rām exiguus, ut nobis non referatur, proindeq; cum
 eo etiam lateat sensus. Nos enim ferè nihil sentire putamus, ni-
 si clamet ad tactum, nisi membra quatiat. In iusti, qui præ nobis
 uelimus de omni statuere natura, & in omni exposcamus simi-
 les nostris motus, si eas facultates, quas ipsi habemus, illi ueli-

miss attribuere, etiam si non habeat instrumenta, quæ nos, aliæ
ue animantia. Quo errore ducti, neque eas substantias, quas ali-
quando sentire uicimus, nunc sentire existimamus, quia sensu-
um suorum nihil significant nobis. Sic neque animalium, quæ
bruta dixerit, spiritus è corpore egressos sentire posse putamus
amplius: neque si aliquo modo ostendant etiam suum sen-
sum, id putamus esse sentientium, nisi sit vox, qualem exaudire
solebam⁹. Nā aér, qui propè similis est substâtia spiritib⁹ animaliū,
de eodem certè genere substâtiæ est; comp̄flesus uchemēter,
collisusq⁹, gemit, fugiens compressionem, & iam de ea con-
querens: quæ quidem querela est sonus: tamen uulgò minimè
omnium sic rem esse existimatur. Non sic uir prudens rerū:
sed etiā motū corporū, quē uel pulsa, uel tracta exsequi uidet;
natura eorū agēte, exsequi nouit: quippè uel pressiōnē, uel diui-
sionē sui cū materia, nō ferente: nisi. n. id esset, ea ubi pelluntur,
coacta in se admitterent quod inuadit, mollia præsertim, neq⁹.
latū unguē mouerentur amplius: & ubi trahuntur, quantū eo-
rum apprensum est, tantum auferretur, reliquum remaneret
disiunctum: quid enim esset cauſſæ, cur fieret aliter? Enim uero
non æquè omnia, hoc est pariter prompte, pariterq⁹ exquisitè
sentiunt: nā neque omnia candem, parisq⁹ uigoris naturam
habent. Quæ naturam habent calidissimam, ut celerrimi sunt
motus, sic etiam exquisitissimi sensus: quæ minūs calidam, tar-
dioris motus, & hebetioris sensus: sicq⁹ per gradus descendit
tusque ad ea, quæ minimum habent gradu calorem, & tardis-
simè mouentur, stupidissimeq⁹ sentiunt, ita ut nobis prorsus
immota, insensiliaq⁹ uideantur. Ac talium natura petita à con-
traria, licet miserè conficiatur, tamen lentissimè ad cladem suā
mouetur, stupidissimeq⁹ sentit: & quamquam fugere quam
procū conetur, tamen sic lentè id agit, sicq⁹ breuiter, ut etiam
à se ipsa relicta perire uideatur. Et nō ne etiam sunt animalia,
quæ ob sui caloris ignariâ stupidè sentiunt? Atque hæ ratione
infimorum graduum naturæ iure aliquo nobis expertes sensus
uideri possunt, dum uerè non sunt: & etiam id probè scienti-
bus, per collationem ad exquisitè, prompteque sentientes, pos-
sunt insensiles statui. Quæ à contraria natura tenentur substâ-
tiæ, à frigore nimirūm, quod alioqui immobilitatem amat, à
calore

calore correptæ, faciunt quod non faciebant, mouenturq; sed quò fugiant motum, raptumque caloris: ac cogunt sese intrò ad centrum uel terræ, uel etiā suum; qui modus unus est ipsa rum uel petendi similia, uel fugiendi contraria: sed motus ferè non uidetur, quippè quia tām compactæ & solent esse, ut uix sit spatium, quò se conserant, & per quod suum ostendant motum. deprehenditur tamen in aliquibus motus, & inde sensus uiris prudentibus, ex induratione earum ad calorem: quæ quidem fit, ijs undique intrò cogentibus sese, atque fugientibus, dum suam efficaciter pertendere possunt fugam. Similia autem quædam à similibus consequētis abstinent hisce de causis: Substantiæ, quæ incommodum, quod nullo modo sustinere possunt, fugere, uel maximum bonum assequi iam prope-rant, si expeditæ iam eunt, profectò similem aliquam paruam, quam fortè sentiant esse in uicino, dimiserint: nam parum ab ea assequi poterunt, & si ire uelint, itinere abducente à propo-sito fine, uel certè remora-ite, oportet eant. Quam ob rem neq; flammæ eunt ad flamas: quamuis si fiant contiguæ, libentissimè uniantur. Si autem ea conditione sint substantiæ, ut cogātur esse sub dissimilib⁹, ac similis fortè etiā impedita adsit: sensu eius habito, iuerint ad eā, si sint mobiles, nec prohibeantur, uel cū impedimentis: cōiunctioneq; appetiuerint, si ealecta specie, & blādo ad se affecta inuitet: nam si sit tristis, obruta & cōtristata à dissimilib⁹. auertat ab ea sc. hocq; ferè fit in animaliū amoribus. Deinde est hīc in medijs spatijs, ut quod iturum esset, constet ex substantijs magnopere dissimilibus inter se, diuersarum, impa-riūme naturarum, studiorum, facultatum. Eo fieri, ut quam-quām una, uel duæ insint, quæ iam irent, detineantur ab alijs, & impedianter, quæ fortè uelint lentiū, si ituræ sint, hoc est si sit eundum, ubi sint etiam ipsarum similes: nam si non sint, num-quām accedant libenter. Tū quia sēper dissimilia in dissimilia agunt, afficiuntque illa; facile in cōpositis fuerit, ut quæ & ire, & rapere etiā impediētes possent substantiæ, ui dissimilium afflictæ sint, & impetū iā facere nequeant. Sed ferè est hīc ad terrā, ut in compositis plurimum sit corum, quæ sunt naturæ grauis, & pe-nitū alienæ à motu: quæ igitur suum morem sequentes, ui re-tinere possint quam uis leuem compositam. Grauia enim num-

quām motum capiant, nisi (ut dixi) ut fugiant motum. proptereaque in sublimi posita, per se tendunt deorsum: quippè quia manere in sublimi, naturarum est à se mobilium, sequē sustinētiū per spatia: qualis cùm non sit ipsorum natura, impotētia eius operationis, atqne adeò exhorrentia eam, ut alienam, fugiunt deorsum ad grauium cōtum quorumcumq; ubi suo modo sint, & conquiscent. Tendunt autem ad centrum, pri-
mò suum, deinde uniuersi. eaqne caussa est, ut semel separata à similibus, deinde, uel contiguis ijs factis, non amplexentur illa amplius: scilicet, quia explicare fese, quod amplexando faciant oportet, ire est uersus circumferentiam, quæ res aliena est, & ipsiis inuisa. Videntur autem quædam ex grauibus, quæ dum dura, inertiaque penitus sunt, faciunt quod dixi: si autem à calore explicentur, & collquentur, quibus id accidere potest, libenter amplexentur similia, si contigua fiant, & continentur ijs, si ea ex altera amplexentur, liquataque sint: poterunt enim iam talia facta: nam omnia liquida iam aliquatenus mobilia sunt. Non uidentur autem liquida à se, ne erga simillima quidem, capere motum, nisi contigua, uel fortalsè proxima: nimirū propter grauitatem naturæ: grauiuscula enim adhuc est natura duntaxat liquidorum, atque tardior. Horum autem, quibus nō modò à uulgo, sed à philosophis multis sensus denegatur, quot sunt, quæ sensus euidentissima dant signa? quæ quidē certè tamē si multis grauibus cōstant substantijs, tamē unā habent superantem, tūm à se mobilem, tūm quæ imperū uehemētiū capiens grauia sēcū rapere ualeat. Plantarum semina si non cōrecta terra enascantur supina, conuertunt se in pronum, quò radicem defigant terræ. Crescentes plantæ, si quid est, quod surgetibus, sursumque tendētibus possit præcludere iter, antē quām perueniant ad illud, fleant iter, tenduntque ad liberum aëra. Nimis lenti caules, qui ualde in longum porriguntur, quò sursum scandant, capere uidentur ite ad statumen uicinum longè multis pedibus. Palmae feruntur nutare plures circa unum marem, pronas comis blandioribus: qui si excidatur, illæ sterilescant. Sunt plantæ, quæ nolint agere simul: & si cogātur, malint occidere. Quām multæ, & quām multi flores comitantur a pectu & gyro Solem? Est flos, qui Sole occidente immarginit se aquis,

aquis, quibus innascitur, non patiens sine Sole intueri cœlum: mane unâ cum illo emergit. Est quoque aliud heliotropon, quod die uel nubilo comitatus Solem, noctu uelut desiderio contrahit florem coeruleū. Contræ est flos, qui horreat Solem: quare die se inuoluit, noctu pandit. Cucumis pendulus, si subeatur spiritu olei forte suppositi, auertat se, & aperte effugiat. Quid uero quod etiam à saxis, & à metallis manifesta sensus argumentata habentur? Lapis asterites capit fugam de succo limonis, deq; aceto ualido, cui immergatur. Magnes querit arcticum polū, & aliam partem cœli non libenter aspicit. Ferrum it ad magnetem, pale ad succinum, quod in utroque amoris est indicium. Aio autem ferrum ire ad magnetem, non trahi ab illo, ut plerique alij: nam si traheretur, quocumque situ esset ad magnetem, usque eo ipso traheretur: sed non sic fit. nam squamæ ferri interposito scaphio mira celeritate uidentur sequi magnetem, sed usque se conuertendo in caput: ut stylus ferrei se ad eum conuertunt, eumque sequuntur. Vidi quoque stylum ferreum, qui alteram magnetis partem, quam ille semper ad polum uertit, tetigerat, ubi altera conuerteretur, tam celeriter auertere se, ut præueniret conuersionem. An uero illud magnetis est, cuius spiritus subierit ferrum? quippè qui tantopere amet arcticum polum, ut sui ipsius faciem, quæ ab eo auersa nata sit, oderit? erit igitur magnetis iam sui ipsius sensus. Cæterum raiunt, moschum in cloaca (sit habitus honos auribus tuis) nichil mittere halitus odorati, ut neque cinnamomum: quare postea educta tantum uim mittere odoris, ut compleant omnia. Quod si fit, propterea fieri existimandum, quod corum odoramentorum naturæ aduersæ naturæ importunitatē sentientes, nec propellere queunt, continent lœse cum tenuitate, quam utique faciunt, nec eunt: quare fit, ut sub ea composita magna uis odorati halitus colligatur. Sed quid tot uerbis opus est? Cum in similiū primorum universitatibus, corum studium sit maximū se mutuo consequandi, simulque coniungendi, & dissimilia fugiendi, quod à sensu ueniat oportet: in specialium mediorum ordinibus idem studium, idemque sensus sit necesse est: quæ enim generum comprehendentiū sunt, comprehensorum etiam sunt, licet imparia, & minoria. Sic neque rationes nos, ne-

que argumenta deserunt, quin omnibus corporibus tribuamus sensum. Quin neque nudas naturas sentire nobis est penitus ignorum: nam quia tangibles sunt, (ex inquam, quarum philosophi naturalis consideratio debere esse uidetur) tactu nobis aliquando manifestant suum motum, & sensum. Non ne ad caloris ualidi aduentum frigus refugit, sese colligens, atque unius? non ne item calor ad aduentum frigoris? Habemus aliud logice maius, longeque evidentius argumentum, nisi res pronuncianda esset prorsus noua, & mira, quæ prius separatim suam re quireret probationem: quam ob rem abstineo. Me autem hic finem de causa sensus facere uolentem detinebis fortasse, quia iam in mea disputatione discrepantia uideatur. Dixeram enim, studium rerum alteras sequendi à naturæ similitudine esse: nunc autem meo ipsius testimonio, multa sunt, quæ petant etiam ea, quibus cum nullam habeant similitudinem: quæ enim similitudo statuminis ad caulem? quæ plantæ ad alimentum, quod naturæ adhuc palam est aliud? quæ lapidis magnetis ad polum arcticum? plantæ ad Solem? & si similitudinis causa ualeat, certè ferrum citius ferrum, quam magnetem petat: & palea citius paleam, quam succinum: quod ramen non uideatur. Verè sane: itaque digna oppositio, quæ respiciatur, & cui satisfiat. Istorū uero exemplorum consideratione facilius induceris, ut recipias quod ego assero, & quod res est, attribuasq; unā mecum cuiuslibet substantiæ sensum. Si enim similem studium est, certè est propter bonum, quod capitur ab illis. At si id propter bonum est, non dubium est, quin ubi maius bonū proponatur, illud potius sit capiendum. Porro maius & minus bonum mediæ tantum naturæ proponi possunt, primum enim medio maius: summæ non, sed tantum minus: istæ autem, quæ iam dubitationē dant nobis, cunctæ mediæ naturæ sunt. Mirare uero ista etiam, quæ penitus infirmilia uulgusputat, posse etiam dignoscere maius & minus bonum, & maius sumere sibi, neglecto minore. Non est enim ambiguū, maius esse bonum, quod à statumine capit infirmus caulis, quam quod à simili pariter infirmo caperet, cum quo simul miseriter ad terram uolarentur. merito igitur statumen petit, missò simili caule. Maius item bonum, quod capit semen enatum à terra, quam quod ab altero

altero simili enato grano, apud quod alimento destitutum perreat. Consimilemque crediderim esse caussam, qua magnes se ad polum, plantæ se ad Solem uertant: quaque ferrum ad magnetem, palea ad succinum eat, & si qua alia sunt, quæ dissimilia videantur appetere. Hæ enim inferiores naturæ amant quidem similes, ut ament necesse est: sed interea usque appetunt gradū nobiliorem, quod est desiderium omnium, quæ sunt in inferioribus, ad summum tādem perueniendi. Quod autem iam iam rapiat ad summum, oderunt ferè: perdiderit enim nequantes ire tam raptim: at quod non corrumpendo, sed seruando potius adiuuet ad superiora, illud uero uolunt, & appetunt, & ut tanto bono fruantur, conantur quod non solent, neq; etiam similium caussa facerent. Quam ob rem crediderim, magnetē propterea usq; se conuertere ad arcticum polum, quia inde sensitati uenire qualitatem quandam, quæ supra omnia similia fouere, & non modò conseruare, sed etiam adiunare ad gradum nobiliorem possit: itidemque flores, plantasque ad Solem. Quam quād enim natura magnetis, & natura florum, ne conferendæ quidem videantur naturæ cœli, quod est ad arcticum polum, & naturæ Solis: tamen qualitas, quæ ab ea parte cœli ueniens tangit magnetem, & ea, quæ à Sole tangit flores, qualis tangit, non immodecum quid naturam substantiæ, quæ est in magnete, cumque mouet, & naturam substantiæ, quæ est in flore, cumq; mouet, superare existimandæ sunt. Eademque sine dubio fuerit caussa motus ferri ad magnetem, & paleæ ad succinum, neglegitis similibus, à quibus non tantum fructum captura sint. Putatim quoque, magnetem, & succinum, ut Solem, posse trahere ad se ea, quæ sibi sunt facilia, si ui sua attingant, sicut plantæ trahunt ad se alimentum: quod si fieri, duas simul caussæ accesserint. Hic autem finem de caussa sensus agendi facio: iniuriam enim quodam modo uideor facere naturæ, qui in re non modò uera, sed necessaria sibi, probanda tantum sumam laboris: atque ad alia, quæ fert rei ordo, me confero.

Varie

Varie & diversè operari spiritum: & plura, & quædam nobiliora, uidri esse genera operationum eum. CAP. XI.

SVbstantia enim hæc nostra superans & uiuens, mo-
uensque & sentiens, quam unam, simplicemque esse
huc usque undecumque ratio dictauit, nunc, dum
eius motus, eiusque facta spectamus, & speciatim, &
singula per partes consideramus, in uaria nos, & diuersa dicit.
Nullum enī est genus operationum, in quo omnino unum
(ut simplicem substantiam deceret) facere appareat. Nam dissimili-
bus mutandis, ex materia, quam tractat suo modo, consti-
tuere comperitur plurima, & uaria, ac diuersa, perinde quasi nō
eadem natura operaretur: & alia etiam alijs partibus reddere
effecta. Mouendo uero non uno tantum modo, unaq. formâ
mouet, sed uariè etiam, atq; diuersè; quasi ipsa uaria & diuersa
esset: tum uidetur alios motus alijs capere partibus, perinde æ
plura haberet capita: demum (quod est adhuc maius) eosde mo-
tus modò celerius, modò tardius, modò uechemetiùs, modò re-
missius ædit; quod per legē nulli substantiæ, quæ una, simplexq;
sit, uidetur debere licere. Prætereà nō tantū mouet & sentit, sed
uidetur alia quoque posse, quæ apparent longè diuersorum
generum, quām sint motus & sensus: quæ quidem tanti fuerūt
apud plerosque maiorum, ut substantia, cuius eorum aliqua
propriè essent, longè alia statueretur, atque quæ moueat & sen-
tit: uidelicet, imaginatur, recordatur, intelligit, ratiocinatur,
memoria tenet. Postremò (quod sit ferè prodigium) eorū, quæ
facit, quedam uidetur nosse & uelle facere; quedam nec nosse,
nec uelle; quod quidem nescio quò ducere scientiæ amatorem
possit. Quas quidem ob res ingentia nunc nobis proponit du-
bia: quæ, si quod positum est, manere debet, necessariò omnia
tollenda sint. Neque enim benè perspecta uideri potest substâ-
tia, cuius non pateant undeque operandi rationes; neque pos-
tum, statutamque id, in quo adhuc dubia remaneant. Id igitur
nunc, nulla facta pauca, agemus; conabimurque, quantum suf-
ficerint uires: nihil enim in scientijs humanis magis arduum,

magisq;

magisque difficile puto cogitari posse. Simulque inspiciemus rationes, quibus facit spiritus, quęcumq. uideatur facere: simul dubia soluemus: nisi si qua cōmoditate tractationis differenda ad calcem indicabimus. Ut autem aptè agamus, & quām fieri possit, signatè, & undique definitè tradamus omnia, oportet faciamus id, quod alioqui non faceremus: effectoremq. operum spirituū partiamur quasi in binas copias. Nam quamvis ille nullo modo est multiplex, neque à se diuisus: tamen illud uerum est, quidquid tandem sit caussa: quædam operatiōes uel solum, uel magis in certa eius parte, quædam aliæ in certa alia eluent: ut ipse quidem licet continuus, tamen partibilis est. Habebimus igitur eum partitum in binas copias: quartū alteræ erunt eæ, quas antè dixi ire in cerebri cellas, & inde extendi per ductus nerueos: alteræ eæ, quæ prodeunt in reliqua corporis. In illis enim conspicuus est magis motus, qui fit citior, uehementiorque per locum; & qui est affectionis; nec non sensus: definitè autem in ea earum parte, quæ est sub cellas, apparet imaginatio, recordatio, intellectio, ratiocinatio, momoria. In his, mutatio dissimilium, constitutioq. uariarum & diuersarum substantiarum: addam; & materiæ extra uasa, quæ sunt ex neruosis tunicis, comportatio atque positio. Distinctæ autem notationis caussa, priores uocabimus inclusas, posteriores uagas: nam alio qui neque illæ solæ inclusæ sunt, neque hæ temere uagantur. Libet autem priùs contemplari uagas.

*Cur spiritus faciat uaria & diversa in corpore nostro:
& quo modo comportet materiam, quò com-
portat. CAP. XII.*



Vmquām quidem spiritus, quantum in se est, fecerit aliud, quām spiritum: nullum enim naturā propriè fecerit quidquam, nisi simile: dico in generatione substantiæ: ut autem alia tamen faciat, sunt in caussa illa, quæ ab eo patiuntur, atque mutantur: quæ cùm remota sint à substantia, naturaque spiritali, dum ad eam aguntur, per media transeant necesse est: omnis enim transitio de termino in terminum per media: sicque à spiritu spiritum faciente, media

interea fuit, & alia atq. alia. Fit autē tali modo: Spiritus ut exit de arterijs, peruenit in habitudinem corporis, in ipsa, quæ undique tenentur à dissimilibus: & præ nimia quidem eorum turba, ubique conserata & coarctata, non licet facile euadere: sed neque ipse vult, nisi si uniuersus, quantus inuolucro hoc conclusus est, simul cat. Ut enim uenit ille recens ab arterijs, iungitur & continuatur uniuersitati (ut sic appellam) spiritus, quæ est sub corpore, iamq; degit per omnia, ut similis, & cognata substantia; & sit pars eius, sicut membrum corporis. & eo modo sit, ut postea ire aliquam partē sine toto, sicut iā est, statim disiuntur ab eo, sit idem, ac membrum auelli à corpore. Dum autem ibi est inter dissimilia, oportet sic agat cum ijs, ut omnē dissimile naturā agit cum dissimili: mittat uidelicet uim suam in illa, & quantum possit, infringat, atque perdat. Ipse quidem exsilis est substantia, hoc est prætenuis: quani ob rem non multam conferat, simul uim proferre potest; sicut exsilis flama nō multū calefacit, ut (exempli cauſa) quæ est de latice Scythico ardente: sed alius tamen atque alius continenter subit spiritus; & præcessūtēs calor usq; multiplicatur & augetur copiā, ut perse multiplicari, & auctu accrescere calor potest: itaque in breui fit tantus calor spiritualis, qui uincere maleat. Frangit igitur potenter, agitq; ad necem naturas dissimilium omnium, & de omnis caloris more materiam omnium expandere conatur. Illa uero (ut dicebā supra) nō sunt tantū materia, sed substantiaz cōstantes natura formante, atque agere potente: quæ igitur, ut omnes, quæcumque sint, uiuere & esse uelit. Quare non se neglexerint illa, & perierint ulio, sed si non poterunt repellere uim præpotentē & ruinose inuidentem; tuebuntur se tamen & tenebunt, ut poterunt, & quamdiu poterunt. Ea uero se longius, pertinaciusque tuebuntur, atque tenebunt, quæ fuerint magis aliena, & uiri plus collectum, cōfertumque habuerint: ea tempore breviore, & minore pertinacia, quæ minus aliena, & ut minora gradu, sic uiribus fuerint exilibus, & sic quasi eneruatis. Omnia tamen succumbent, & uincuntur à natura animali, & accipient ab ea mutationem. Inter mutandum autem, quia (uti dixi) oportet agantur per media: propterea eadem quoque numero subinde alias atq; alias assumunt formas: & ea plures, quibus per plures ordines,

ordines, pluresque gradus sit transiendum. Tum, quia ut cor-
repta sunt, utque sunt sub calore animali, dissimilia inter se, im-
pariaque sunt: propterea, licet eodem tempore simul om-
nia ab eodem calore patiantur, tam non possunt simul omnia
similē, parētque accipere mutationem: sed ea, quae alio ordine
uel gradu fuerint, aliam; & quae alio aliam: remotiora adhuc
alieniorem, minus remota iam minus alienam. indeque est, ut
plures simul etiam in eadem massa, diversaque uideantur pro-
dire facies rerum. Porro, quia materia (sic nunc appello ea, quas
mutantur) non dicitur passim & temere, sed certo ordine & per
certas usque vias, certo ductu, certoque tempore: itaque dilpo-
sita est actio, & res cedit, ut certis locis ea usque accipiatur certas
mutationes: propterea certis partibus, certa fieri animaduerti-
muis, & semper. Verum tamen non solum mutationem naturæ
& consistentie accipere simul & quæ non possunt ea, quæ con-
cinnuntur a calore spiritus: sed neque loco pariter sequi eius mo-
tum. Ut enim alia crassa sunt & grauia, alia tenua & levia; &
sunt alia grauiora, & alia leuiora: sic semper ex partibus facile leui
bus, grauia usq. sequentur grauiter & tardè, & grauiora tardius,
restitantia & morari trahentia: quare dum ea sic subsecutur,
alia intercedunt in aliud rapientur locum. Inde uero distractis ijs,
quæ quasi uno globo ibat glomerata, conspicua sunt dissimilia,
quæ facta sunt. quamquam ipsam naturam intentram esse segre-
gationi ob usum, credendum est. Inexistens autem spiritus ma-
teria (ut illud quoque non obliuiscar) & illam quasi indutus,
facto agmine gerit quod tendit, adiutus usque & quasi sustenta-
tus a continua copia subsequente eodem studio comportandæ
materiæ. Ipse quoque calor, quamvis sit factus iam extra spiri-
tum, adiuuat comportationem: qui quidem materiam corre-
ptam tollens (ut rapere uidemus calorem materiam) & cū rapto
commeans, semper est ad latera spiritus, uel pergit omnino, quod
est iter eius, quasi stipans principem cum impedimentis, ut ani-
maduertitur, studio prorsus admirabili. Sed harum copiarum
calor, qui quidem uolitat per omnia, & quo compleatetur om-
nia, est propugnator, & tutela maxima & prima totius uitæ. is
enim est ea uis, quæ ut retundit & reprimet turbam dissimiliū
fecit omnem, sic maximè fons, roborat, & ructur substantiam

spiritalem uniuersam, & in primis illam partem eius inclusam astrictius, cerebri canis & ductibus neruorum agitantem: quae quandoque à tanta multitudine contrariorum, eorumque ualidorū, ueluti obsecra, à se quidem sola uix momēto tueri se, & repellere presentem cladem ualeret. Atque hæc satis possent uideri circa operationes, quæ magis conspicuæ sunt in spiritu uago: sunt enim redditæ rationes earum, nondum quidem satis difficiles, & dubitationes simul, quæ esse poterant, ferè sublatæ. Sed quia multum refert tūm ad totum hominem cognoscendum, tūm deinde ad notitiam multorum, quæ in dies sūt in nobis, nosse exactè hoc negotium nutritionis, ut appellatur: hoc est, ut celebretur & procedat coctio per corpus, & quo modo, quæ constitui uidentur, constituentur: placeat, obsecro te, per ocium, si quando erit, morari h̄ic adhuc mecum paullum, & contueri diligentiū, & quoad licet singillatim, quo modo fiant, quæ fiunt, omnia. spero nō erit sine fructu. Et quia omnis dissimilitudo est ex eo, quod sumimus in nutrimentum: è re sit, si communis alimenti materiam, perfundorię, quantum ad tractionem nostram expedit, spectando repetamus..

Rursus diligenter, & quoad fieri posse particularissimum, quod modo per totum corpus mutantur dissimilia, & quae constituentur, constituentur.

CAP. XIII.

 I corpus nostrum est tām multiplex, hoc est, si substantiæ, ex quibus iam: tale constat, sunt tām multiplices: multò etiam magis multiplex sit oportet materia alimenti, ut ad corpus uel primò ponendū, uel postea instaurandum uenit. Eius atitem in presentia non exhibeo aliquam notationem ab ea, quam exhibuerant notanda dissimilitudine corporis: tantum dico, multiplicandas species & ordinē crassamentorum, quæ quidem plura & maiora fuerint in materia alimenti, quam postea in corpore: ordinē & gradus aliorum omnium, extra aliquem halitum, faciendois inferiores: postea enī sub corpus omnia magis expanduntur, levioraq; sunt à calore animali, ipsi etiam maiores halitus. Signabimus autem

autē in ea materia inter ceteras tres species rei: quartū una erit halitus, sed ex gradibus superiorib⁹, benē calidus īā, nec ad motū segnus: quod quidem est id, cuius nim̄ per cipimus lapidē gustat⁹, & cum sensu odorantes: ab ea enim natura sola est ea vis, non ab alia: altera est amarus quoddam & mordax: quod quidem halitus quoque est, sed inferiorum graduū: inexistitq; ferè omnibus, quibus uescimur, factum iam à calore accrescere subeat tūm per omnes ferè medios gradus, tūm per hos, in quibus sit amarus & iam aliquatenus mordax: sotetque esse itā insertum & immixtum crassis, ut ne facile queat extricari. ter tia, ea, quæ magnopere sunt crassæ. Ad ea enim tria genera rei conficienda atque coquendā liquore leni, hoc est aquo, opus habet spiritus: is enim liquor etiā sui insinuatione aperit, laxatque crassā, sed ui naturæ etiam id facit: alia tūm sui quoque immixtione diffundit adhuc in amplius, & sic reddit languida, tūm lenitudo naturæ lenit, atque mitigat. Alioqui certè difficilia ea, & aliqua fortè inexpugnabilia essent spiritui, naturæ quidē magnat gradus, sed copiā exsilis: Magnopere enim crassā cū ualde aliena naturæ sunt, tūm consistentia stabilis: substantia uero amaræ, & benē calidæ, & citæ, si, ut integræ sunt, magis excaliant, nec ineluctabiliter necentur, irritatæ potius, & incitatæ, furenter in proxima quæque ferantur: quare petant, feriantq; etiam ipsum uerueo genere inclusum spiritum: quod quidem cūm sit, tūm alijs casus oxorii solent, tūm excitatur fitis: sicut fames, ubi à crassamentorum compositorum natura, hoc est fri- gore, incipit tangi spiritus: tunc enim ille materialē exposcit uapidam, & halituosam, in quarursus calorem suum multiplicet, & ex qua adhuc sui copiā adaugeat, quæ auditas fames est. Materia autem eiusmodi, qualem descripsimus, cibo nimirūm, ut appellatur, in ventriculo congesta, liquore leni, affuso, uel in ipsis cibis sumpto, coctio incipit calore multo quidem, sed ualde leni, ut est op⁹ per omnia ferè in corpore nostro, sed maximè per principia. Nam (quæ res est dignissima notatu) naturæ omnes, quōd facilius mutentur, aut obsequantur, requirunt, tractentur leniter, ac placide; & quæ sunt alieniores, ea etiam magis: alioquin uel efferauntur, uel exofē in solentiam cogent se eū materia subiecta, & darius deinceps exhibebunt negotiū. Cūm

D E N A T U R A H O M I N I S
 autem id semper requirunt, tūm magis per principia: namque
 ubi iam multūm edomitæ, effractæ que fuerint, securè maiorem
 licebit inferre uim. Eamque ob causam, admirabili consilio est
 prouisum iā nobis, p̄cipue per principia coctionis lenis calor
 adhiberetur: & calor iecoris enim est maximē, qui etiam in
 uentriculo conficit cibum) transiret per geminam tunicam uē-
 triculi, quō ad cibum concoquendūm perueniret minor & le-
 nior. quamquām ipsum iecur quasi focus quidam tūm ad prin-
 cipia, tūm ad media coctionis paratum, ita paratum est, ut non
 ualde uorax in eo calor fieret: quod pr̄ter cetera indicet pau-
 citas & exiguitas arteriatum ei uisceri datarum. A calore autem
 illo multo factō, adiunctō interea eo, qui undique de partibus
 contiguis, & deinde appositis uenit, massa lente, sed efficaciter,
 frangitur, subigitur, mutatur: itaque in tempore non ualde lon-
 go, omnibus maceratis, & crassis ex liquidis subactis atque co-
 ctis, fit quiddā molle, album, quod chilum uocat Græci. Demis-
 titur postea id inferius iā locum, unde ferē quidquid est nu-
 triendo, trahatur sub hepā per uenas quasdam, quas dicunt me-
 leraicas. Ibi uero agitur ualentius, intensiusque: franguntur ue-
 hementius naturæ alienorum, materiaque tota explicatur, ex-
 panditurque magis ac magis. Atque in breui calor in massa sic
 inualescit, ut rubore ea uictiatur: qui quidem rubor minimē
 in tota ea propriè erit, sed tantū in halitu, & tenuiore omnino
 substâria: quod uelide patere potest, quod si rubētes carnes aqua
 macerâris, aut benē coxeris, exalbescent: tenuitate nimis, cu-
 ius erat rubor, uel ab aqua excepta atq; abducta, uel in tē inuisitē
 acta, atq; dispersa. Is autē halitus, admisto uapore aliquo pr̄tenu-
 i, sic rubēs, est, quod propriè sanguinem uocarūt veteres, & aëri
 retulerunt. Dum autē omnia sub iccore expanduntur, atque ex-
 plificantur, segregantur multa, quæ prius composita erant, ut ca-
 lone uehementiore coquente dissimilia necesse est, quando(ut
 diximus antea) non omnia æquè consequi possunt illius mo-
 tum. Inter cetera autem prodit id amarum & acre, paullò
 antē descriptum, obuolutum tamen adhuc aliquibus crassis, ut
 penitiū ijs eonsertum solet esse. Prodit autem multis & robu-
 stis uiribus: nam crastamentis coēcītum & quasi uallatum ex-
 pandi satis nequivuit: & amarum quidem, & acre prius per se e-
 sar,

rat, sed nūc amarius etiam & acris est redditum ad calorem: spiritalem. quare se ferre offert superatus difficultum. Sentiens autem natura mortis, separat illud, sicut est, extractumque usculâ quadam præcipitat in aluum. At tamen non ita exactè abstrahere potest, quia relinquatur aliquid, saltem eius, quod sub coquente calore paullò calidius. factum, transcat in rem eiusmodi: & id est, quod vocatur bilis, quodque deinde etiam in massa sanguinolenta, & alijs per corpus discernitur. Subsidunt quoque quedam crassamina, atra, & acuti frigoris, quæ natura expurgas, conuicit in adaptum locum, sub splenem, conficienda ibi multa spiritus ui: uix enim credas, ut arterijs intextus est torus splen, & ijs non paruis. Ea autem atritas est, quæ nominatur melancholia, cuius etiam species aliqua deinde conspicitur in sanguine, & magis atque magis processu atatis: tūn quia scilicet inquit omnino aliquid eius, tūn quia calor quò est uehementior, eò magis torret correptam materiam, uorans uapores atque liquores, & crassa & atra reliqua faciens: planè ut ignis calor carnes, quæ torrentur. Aqueorum autem multum sub iecore in massa est: nam & multum poposcit natura admiscetur massa ciborum, & multum quoque cibis quibusque inest: sed postea etiam caloris actione omnia soluentis, & per media non rapidissimè ducentis, liquantur multa crassiorum, uicina gradibus liquentium, & persistunt etiam aliquandiù liquida. At quia calor agit omnino uehementior, qualis non exactè segregat liquida à crassis, sed rapiat etiam simul multa crassa: propterea etiā nunc fieri, ut unà cum liquidis crassa quedam, sed leviora, moueantur. Ea autem à calore expansa magis atque magis, itaque ad motum acta, ab omnibus partibus amplectabuntur scilicet quoad poterū, & coagmentabuntur. Ex crassis autem eiusmodi sic amplectatis, & cōposito humore, existunt postea quedam lenta & glischra, quæ simul comprehensa pituitam appellarent maiores. Halitum & uaporum plurimum & per principia, & per media coctionis sit necesse est: nam cùm primū multū erat in cibis, tūn postea plus attollitur de liquoribus: itaque per ea tempora uaporibus & halitibus complentur corporis omnia, ijsque crassioribus: agitati enim, atque dilati, sed nondum admodum tenuati sunt. Confectum uehementer, &

fatis.

D E' N A Y R K A H O M I N I S

satis bene præparatum alimento sub iecore, differtur inde per uenas. Hic autem attendenda res notatu dignissima: uix enim egressis iecur uenis arteria sociantur, cæque maxima. quod qui dem propterea fit, quia calor animalis, qui adhuc est inditus sanguini, quamuis sit multus, non esset tamen satis coquendo usq; ad extremum, alienisque naturis interimendis: quin citò re-tunderetur, & extingueretur: est enim ibi adhuc ut alienus, nō dum sibi materia supposita: & facillimè necantur naturæ in materia aliena. itaque noua uis succedat oportet & plurima, & gradu magna. In toto enim alimento probè conficiendo sunt totius nutritionis omnia: posthac autem, deficientibus uaporibus & halitibus, qui facile calorem animalem recipiebant, in quibus igitur ille magnopere multiplicabatur, consumuntur enim iij continenter & citò) crassæ, quæ longius actionem moratur, facta reliqua, fuctint liberiora: itaque quamuis fracta, tamen etiam nunc intendere contrà potuerint actionem suam, nisi magna uircoercentur. Spiritus itaque succedit subito, qui subiens massam, deinde usque conficiat illam, usque ad consumptionem. Ac, quia laboriosum, & per difficile est interime naturas sedentes in materia; non dissociantur arteria à uenis, sed illarum maximas maxima comitantur usque ad extremos artus; multos etiam ramos rami: certè nusquam dimittunt, nisi tantum spiritus sit inditum, quantus calore suo, adiuuante cognato, qui ex omni parte uenit, ad extremum usque materiam conficeret valeat. Dum autem coquitur sub uenas matore etiam adhuc ui, alimentalis massæ semper constantis ex dissimilibus inter se, necessariò fiunt aliæ etiam segregations: atque ea opportunitate spiritus sagacissimè, prudentissimeque utitur. Licet enim certè ea in re admirari illius sagacitatem, atque consilium. Nam per principia uenarum, aut sub illa breui, ex materia semi-cruda, multo uapore adhuc recente refereta, multoque halitu, sed crassiore, constituit uiscera rubentia: scilicet tum ad caloris copiam sub ea multiplicatidam, propter coctionem, quæ sub unoquoque facienda est; tum etiam ad sui ipsius caloris uim (quod uix possis credere) in ijs leniendam, quod tum melius ducatur coctio, tum diutius illa durent. Paullò magis coctam, sed rubentem adhuc, comportat in mediu[m] fibrarum netuarum,

quæ

quæ diducuntur in instrumenta, quæ dicunt musculos: conficitq; inde spiritui ibi laboriosos exercenti motus, & inexistenti fibris tenuissimis, longeque productis, itaque alioqui fotu & fulcris destituto, toros quodam satis molles, tenentesque, quos carnem propriè uocant uulgò. Reliquum quod fit, difficultius est, proindeque diutius coctioni relinquitur sub uenis. Satis eo quoque confecto, ex leuiore eius specie cerebrum instauratur: ex grauiore & tenaciore netui, tunice, membranæ: ex crassiore adhuc, chartilagines, ligamenta: ex crassissima, ossa. Quæ quidem omnia album iam induisse uidentur colorem: quod non alia de causa est factum, nisi quia inter coquendum halitus ille, cuius uerè erat rubor, quoque erant contexta omnia, nimium tenuatus, diffususque in amplius, in rem inuisibilem est actus: prodit igitur facies crassiorum, & frigidorum. Quæ etiam deinceps, quamquam calor numquam sit cessatus, tamen numquam amplius rubor: resumere uidentur: scilicet, quia numquam amplius sub ea fiet simul tanta copia halitus, eaque consistentia, quæ iterum obruere crassitudines possit. ex enim cum consistentia difficultiores, tum natura alieniores, calorem uel integrū accedente diu repellere, & aliquatenus eam restringere & lenire poterūt, ut semper quoad possunt repugnant naturæ: sed præ difficultate ueluti ab imo ille capiat, & letiùs moueat necesse erit. Talis aut redditus, & sic accepit calor, sensim ducit opus: & de albo transpicuitatem liquidam facit: tum de ea inuisibilem: & quemadmodum sensim ducitur opus, sic natura in materia sensim accrescit. itaque ubi ea fuerit, quæ iam splendere posset, tantopere expansam habuerit materiam, ut quæ sit, specie ostendere nequeat. nam ut conspicuæ sint species naturarum in materia, requiritur supposita illa densior, & copiosior: in nimium existi illæ non apparuerint. Videntur autem durescere assidue ossa, & cætera modò dicta, tum quia composito liquore, uapo reque spoliantur: tum quia ipsa prægrauitate nequeuntia caloris animalis sequi motum, uim effugientia, cogunt se in seclu. At ea etiæ permacia tam cōmoda, tamq; opportuna est, quam uideamus. Semper in magna uenarū arteriaturamq; simul cōplicatione, ac deinde in testicū anfractib. per longā morā uidetur elaborari. Quia enim materia, quæ in eam rem defumitur, est paullò cor-

potentior, paulloque difficilior: propterea ut conficiatur, cetera multa & magna adhibetur uis caloris, tum actio quoque protrahatur necesse est. Difficilior autem ea sit oportet, quia in semine quoque difficultas & tenacitas habenda est, quod postea enatus sub eam spiritus retinetur. Nam nane eo consilio sub eam penitus efficitur halitus: qui quoque certe de re non ita facilis fit, si ipse quoque tam longa actione fit: sed de ea fiat oportet, quae quam propinqua haberi penitus sub ipsa crassa possit. Albert autem seleni, quamuis re iam bene calida oppletum, cauſa, quae modo de crassioribus albicantibus est reddita. Sub crassamentis autem omnibus pergit opus facere natura, cessare non potens, usque dum planè efficerit spiritum, si queat, de quibus ēaque: facit autē omnino lentiū, & tardius, ob cauſas, quas modo dixi. Explicans autem eorum dissimilitudinem, id-que sensim atque ducentim, quod facilius subinde est, & equabilis actione facit transpicuum: pertendensque opus, mox agit in halitu: ac quia satis dēsa ea sunt, unde hanc facile queuis tenuias, elabatur: demum sub ea ipsa facit halitus copiā rāgiore, qui propē finitimus sit spiritui. Interēta actione eadem, lenta, sed pertinaci, non ea modo, quae nō longo intervallo sunt post halitum, sed ipsa quoque crassa, quantum potest, usque magis magisque explicat. Crassorum autem ipsorum id, quod fuerit levius atque facilius, longa actione demum reddiderit ita levigatum, itaque tenuatum, ut propē liquefaciat, & a se mobile incipiatur esse: sed visciditatis adhuc referet aliquid, quam quidem assumperit, dum calore expandente, agenteque ad motum, partes eius per intermedia queuis se inter se aptius coniunxerunt. Cum eiusmodi autem levigata crassitie, tum, ut iam tenuiori, levata paullum ab alia, componi acciderit halitum illum tam tenuent, cum alijs etiā consequentibus, nec non aliqualiquoris copia, ut conservata, complicataque sunt simul omnia. Et quia halitus est inuisibilis, & composita illa tenacitas, à qua quidem tum halitus, tum cetera composita coērebuntur, ut crassula adhuc, sic etiam frigidiuscula natura est, qualia quae sunt, alborem habent: composita simul omnes ille substantiae nobis albo representantur colore: est, ubi transpicuo aliquo modo, crassiusculis adhuc paullò magis explicatis. Atque id est, quod uocant

vocant adipisci, pinguedinemque. Quod quidem aequaliter caloris animalis more confectum, plenum re spiritui proxima, si deinde est familiarissimum alimentum, quasi potens optimus, unde ille se facilimè instaurat: fomentum maxime idoneum, in quod interea suus calor facilimè effunditur, & auctu crescit, unde ipse uniuersus, uniuersaque natura roboratur. Talis res demum ubi abundat, exsudare solet de laxioribus crassamētis, ac postea densioribus, quæ offendit, impingere, atque concrescere, exhalante tenuissimo halitu, aut diminuta à frigidis dona ex parte ui caloris, à quo genita magis exp̄sa teneri poterat. Est enim ubi ab halitu tenuissimo inexsistente, calori animali prop̄ elabente, cughitur: est ubi adhuc à spiritu & calore animali. Licet uero admirari etiam in positione huius prouidentiam naturæ: ferè enim eò comportatur, aut adigitur, ubi uima animalem, spiritumque maximè fouere, tutari à compositorū frigida ui, & roborare maximè debebat. Eoque hercule consilio est prospectū, ut omentum, res maior ex parte confecta ex pinguedine, uentriculo & intestinis superstaret, partibus ex plurima, & benè magna, frigidaque crassitie contextis, &, præter uentriculum, destitutis alioqui fomento apposito. Spiritus non ubique in corpore animalis sit, quāquam ubique eius demum caussa efficiendi laboretur, nisi quid sicut ab inclusō, proximum halitum ad se trahente, atque consumente: sicut naturæ omnes trahere uidentur usq; proximā materiā, deque ea augere substantiam, cuius sunt ipsæ. Cetera n. corporis spatia ferè magis omnino perspirabilia sunt, quām in quibus detineri possit materia, dum planè transeat in spiritum: uel non eo apparatu, eaq; uche mentia, & celeritate laboratur per ea, qua materia antè, quā exhalet, in spiritū agatur. Sub unas autē arterias absoluuntur spiritus. Sed uide quot artes, & quanta industria adhibetur ad illum absoluendū. Confertur enim in arterias flos sanguinis: pars leuior atque tenerior, quæ maturè agi in spiritum potest, sicut maturò efficiendus ille est. inditusque est iam calor animalis, qui conficit illum. Sublimamentum autem illud (ut sic appellem) sanguinis, sicut est tenuissimum totius masse sanguinolente, sic etiam est calidissimum, & sua natura multis partibus iam promptum ad motum. Propterea uero cum multa ui, tum magna &

aci, celeriterque confici oportet: nam (ut dicebam antea) quæ benè calida sunt, si magis excalfiant, nec citò perdantur, male irritentur. Id autem præstare unus non potest calor animalis: agit enim ille quidem uelementer, sed lentiùs omnino, quā oporteret nunc eò loci eum eiusmodi re. Et per accidēns adhuc est ipse tota ea materia: & spiritus subuenit nullus: sit enim in arterijs spiritus, non retinetur, neque reuertitur emissus. Quare sanguis ille certè interea miserit suam uim, & malum dedecrit naturæ. Ob eam autem rem additus est motus arteriarum, qui inter alios usus promouet. ~~lumen~~ spiritus. Insuperq; accersit aér, qui uel sui immissione magnore agere in amplum sanguinem potest: sed calore suo cum adiuuabit animalē in aggendo, tūn eum augebit & roborabit. Quād enim calidus sit sua natura aér, indicet dura eius collisio: est autem tenuior quidem nostro spiritu, & perfectior æther, sed non tantò superior, ut ne sit substantia amica atque cognata. Tām operosa res erat matura talis spiritus effectio. Frigidus autem oportet sit aér, qui inspiratur, (ut id ostendam quasi ex itinere,) quia sub pulmones, & sub cor, arteriasque furit tamen aliquo modo uis sanguinis modò memorati. Ut enim adhibeantur tot artes, & tot subsidia ad eum conficiendum: tamē eiusmodi natura omnino sic subito interimi non potest, ut nemittat tamen interea aliquid suarum uirium, uel dum perit: sicut (exempli gratia) fecerit pīper, aut aliud sic calidum intrō sumptum. Ad eam igitur uim, quæ tamen aliqua furit, usque extinguidam, subuenit frigus delatum eam aere. animalē enim calorem præualentem omnino multò, & tantum non uincētem sine aliena ope, non recluderit, (modò ne sit nimium,) ita ut ne etiam agere, & opus suum facere possit. Quamuis enim non acri qualitate perat uis illa sanguinea: tamen copia & multitudo suī tantum posset, quod (sicut cohibita respiratione sentimus) citò suffocaret naturam, spiritumque uniuersum, ni reprimaretur. Nec id dubitate oportet; scilicet alienam esse eam uim, propter quam requiritur frigus aëris: si enim non esset, non suffocaret: nullum enim patitur à sua ipsius natura. Factus autem spiritus, & per omne corpus effusus, dum ualens est, uti narrauit, frangit, uincit, cohibet omnia dissimilia, ne in se possint quidquam grauius: potitur

titur rerum suo modo mouet, peragitque omnia. Sin debilitetur, amittatque uitam; aut alia occasio ne dissimilia inualeuant, atque superent; aut uero foris aliena uis uenient persidat in cōpositis, uel etiam ipso, uimque actionemque statuar, efficacissime intendat: tum uero labor & morbi, qui pro naturarum rebellium, inimicarumqne uir, pro substantia et iactu importuna consistentia & mole, tam uarij accidunt, tamque multiplices.

Cur, & quo modo calor animalis in dies fuit qualitate maior: & quo modo ille idem consumat animal.

C A P . X I I I .

 Alor autem animalis in dies uidetur accrescere, & qualitate fieri maior, nisi forte per senectam, per quam aut non usquequaque sic fieri, aut decrescere omnino, & rursus minor fieri cognoscitur. Ne quiesca-
tus modò id indicat, qui forte aliquo modo decipi posset; ue-
rūm ipsa, quæ fiunt, opera. Namque usque ad ætatem affectam
in dies exacuitur & efferratur uis eius rei, quæ dicitur bilis, & ma-
ior eius copia aggeritur, quod fieri non posset, nisi à calore ue-
hementiore, eamque acrimoniam exacerbante. Tum usque
nigrior redditur sanguis, quod quidem ob populationem liqui-
dorum & tenuiorum evenit, quæ fit à calore uoraci. Eius autem
effectus cauissimè nosse, non uoluptuosum minùs, quam utile
fuerit. Sed ut cognoscatur, accipienda prius duo, quæ unicè ad
rem declarandam faciunt. Vnum est: calorem spiritalem mul-
tò maiorem esse, quam qui propriè faciat humorem: quam ob-
tem uel si forte sit factus humor, per se quidem non sinet esse,
sed quam primum poterit, uorabit, atque consumptus. Alterum
est, quod à me ut primum etiam recta (nisi fallor) ratione
est animaduersum, sic multis locis ambitiosius decantatum:
nempè, calorem medium omnem per se in dies accrescente gra-
du, & fieri maorem, causa, quæ etiam in superioribus est signi-
ficata. His cognitis, cognitum iam est, quod querimus. Calore
nim animalis uorabit semper vapores, humorcsqne composi-
tos, ut substantiam dissimilcm, inferiorisque naturæ. At crassa,
quæ difficulter mutantur, resistuntq; longius, facta reliqua, co-

96. **D E . N A T P R A , H O M I N I S**
gent sese simul, sicut habent de more crassa omnia, humidis,
quaꝝ commissa erant, abeuntibus; constringentque: unde sic-
citas, & densitas eorum. Iis uero constrictis, & densatis magis,
necessere est, spiritus cum suo calore diutiū sub illa morentur:
difficilior enim sit exitus. Diutiū morās calor, magis qualitatē
augetur ibidē: nō enim uel statim, uel umquam summus gradus
est noster calor. magis auctus, uoracior est: dum magis uorat,
maior sit siccitas, constrictioque crassorum, quare deinde diu-
tiū adhuc ille coercentur, unde fiet etiā sub coercentia maior.
Re autem sic procedente, fiet, ut denūm peractris efficiatur spi-
ritus, qui sub iccore, quod (ut diximus) est quasi focus coctionis
usque ad media; iam præcipere, & torrere sanguinem ualeat, ut
ex nigrore cognoscere erit. Eoque tempore acciderit id, quod
aliquādo in iudicio de hominis natura potuit imponere ueteri-
bus: scilicet, acrem bilem quodāmodo adaugere caloris ani-
malis edacitatem. Ea enim iam defectu humidorum non satis
lenietur; & ad uehementioris caloris uim magis exacuetur:
acutior autem facta, calore animali tangente atque mouente,
proferet ipsa aliquid, miscebitque, uis suæ: quaꝝ quidem uel
dum extinguitur, uim acerbare animalem poterit: poterit &
ipsa quoque interea quid afficere alia composita, si plus nimio,
ualterit. At sanguine præcepto, ac tosto, necessariò deinde male.
Sequitur opus coctionis & tenuationis: eaq; male procedente,
spiritus etiam confessio male procedat oportet, siatque, ut inni-
pior fuligines simul iam ui caloris efferente, sic paucior. Ob-
materiam autem non ritè tenuatam, caloremque uorantem,
deficient etiam halitus & uapores, quaꝝ est materia, per quam fa-
cile multiplicatur calor: itaque ijs deficientibus, deficit etiam
copia caloris animalis. Qui igitur cùm copia iam sit paucus, sed
ui igneus, siccatur tantum superficie alimenti, atque torret: intro
non subit. Crassitudines aut̄ non euictas & cohibitas, mox omni-
nō proferunt suam uim frigidam: unde frigidæ materiæ ua-
gantur per corpus, & morbi exoriuntur frigidè: à quo frigore
etiam spiritus, licet ex eo, quod euincitur, fieri possit acerri-
mus, afficitur, atque torpescit: unde uis quoque caloris deinde
erit languidior. Materiæ aut̄, ut dico, non euicta arque tenuata,
reque sic in dies magis magisque procedente, denūm cōdedu-

etiam

titus tēs; ut admodū exiguus sit sp̄itus, & ad extremū nūl-
lus: sicque deficit animal senio. Quām uis enim arcte contine-
tur spiritus ab his inuolucris, tamen tandem, in tempore non
ualde longo, sua ipsius uis sit tam tenuis, ut per constrictissima
quæque ualeat foras eudere, uel suo impetu, uel etiam (si libet
addere eā caussam) compulsi copiæ usque consequentis. Et ut
nunc sensim fit continenter, sic postea sensim it continenter. Ut
ucrissimè, & sapientissimè olim fuerit ab Hippocrate dictum:
*Anima hominis generatur usq; ad mortem: & Extinguit nos cal-
or ille, qui corpora produxit.* Quamuis interpres Galenus uel
non assuequens, uel fortè non assuequij se simulans ea, quæ incli-
tus ille senex felicissimè pronunciārat, uel ut non dicta ab Hip-
pocrate conatus est uocare in dubium, uel alienis interpretatus
est modis. Verè enim anima, nimirū spiritus, generatur usq;
ad mortem hominis: & eius caloris cauſa, à quo constitui-
mūr, exposito modo deficiimus. Certè quidem si is non sic ageret,
multò citius deficeremus, uelto contrā illo, atque extincto: tum
verè ei propriè aliis est p̄positus finis, quām nūc sequitur: tamè
propter eī ipsius actionēs sequitur, & eius omnino culpa nunc
cria deficiimus. Eat nūc antiquitas, prædicetque, calorē animale
proprium esse totius corporis humani, qui non modò assidue
consumit corpus, sed ipsem est in cauſa, ut tandem sub eo
penitus deficiat uita. Neque inconueniens uidebitur nobis, ab
uno eodemque calore his qualitatibus corpus constitui, atque
consumi, sicut Galeno uisum fuerat: nam (ut iam non semel di-
co) hoc non propriè ille constituit, uidelicet tale corpus: pro-
priè spiritum unum studet. Sicut ipse spiritus quidquid mo-
uet, quidquid format in hoc corpore, & de hoc ipso, nunc qui-
dem necessariò, sed primò per accidens mouet & format:
scilicet, quia eo includi, & sub eo esse aliquandiū accidit, & in-
terea ne momentum quidem potest uiuere sine motu. Tem-
porarium enim quid est animal, tamdiū durans, quamdiū
substantiam alterius iam ciuitatis, sub hoc corpus esse, &
agere contingit inuitam, hoc est præter priuatum, & in pri-
mis proprium naturæ suæ impetum. Ne uero erres cum iascijs,
REX optime, quia igneum dixi spiritum, credens talem non
posse uiuere: uita enim cùm nihil sit aliud (ut prius dicebam)

nisi agitatio secundum usquam naturam, erit omnium substantiarum, quæ sint usquam, quæcūq; & qualescumq;, ncedū spiritus. Non propterea spiritus pyramitarum non uiuebat, quia planè igneus esset; sed uiuebat, acdum interignes esset. Sed cùm sic fiat, nempè ut cauilla eius de caloris, à quo constituimur, deficiamus: consyllo fecerint ijs, qui ubi non obſtiterit morbi aliqua importunitas, per annos feruentiores, affiduè, adhibito modo, refrigerare & rigare humore corporis habitū studuerint, & personum tepidē humectare. Hactenùs de operationibus, quæ clariùs apparent in spiritu uago; quibus addidimus ut corollarium cauillam, propter quam accrescat calor: deinceps de ijs, quæ in inclusu magis conspicuæ sunt.

Quo modo spiritus mouet loco: & quā uniu. ab omnibus partibus idem, posit eodem tempore pluribus uarijs & diversis mouere motibus: & multis etiam partibus incipere alios atq; alios: tum eodem modo citatius edere, modo remissius & tardius. CAP. XV.



Otum per locum planè edet spiritus, ciendo sese, interna sua ui, in quam partem uult. Cicer autem solebat duobus modis: quippè uel solū se, secretò à eōpositis inuolucris, (nam quamquām coēretur ab ijs ne eat, non propterea tamen quām alligatur, configiturē ad illa, ne quo sub corum cana liceat, secum exercere possit motus) uel cum compositis. Composita autem simul secum mouet utens nigris, & fibris, quibus inexsistit, quibusque ea sunt colligata, tamquām habenis: netuos autem & fibras, sese illis applicando & ueluti affigendo, acrum sese ciens, cogensque, quorsum cogere intendit. Ut autem declarem, quī ille uarijs, & diuersis mouere possit modis; atque insuper (ut uidetur) motuum tralios alii, incipere partibus; proferenda mihi quādam axiomata, quæ in cauilla unicè possint adiuuare, sed ea docere de motu, quæ prorsus ignota fuere antiquioribus. Aio autem, nequaquam motum contrarium esse motui, ut dicunt aliqui; uidelicet quo ad uias, quibus tenduntur motus: neque rectum circulari, neque

que qui sursum, ei, qui deorsum, neque qui ad dextram, ei, qui ad sinistram: sed immobilitatem motui contraria est. Ex enim operationes uerè contrariae sunt, per quas occidunt naturae; & corruptuntur corpora in alia: substantiae aurem a se mobiles, quaecumque via moueantur, motu & quæ conseruari & ueterari uidentur: ut spiritus animalium: ut ignis, qui circulari, & recta, & obliqua latione acceditur. qui quidem si motu penitus priuetur, intereat breui: ut substantia immobilis, si uelocissimo motu rapiatur, non diu sustineat eam operationem. quippe quia res habet, ut dico: & motus unica est operatio, conueniens substantiam a se mobili; nec sit contraria, quia alia via pertendatur: & sola immobilitas contraria est motui. Vna alia ratione motus contrarius esse motui potest, uel circularis circulari, & rectus recto: nimirum sui qualitate, hoc est, celeritate agminis. Nam quæ circulari motu (exempli causa) agitant corpora, sed lento & pigro, sic eorum ferente natura; si ualde concitentur, & diu rapidè agantur, mutentur omnino, corruptanturque, eamque afflumant naturam, quam decet tam rapidus motus. Quod quidem immobilitatis ratione procedit: quod enim tardior substantia est, eo magis ad contrariam mobilissimam accedit naturam: & per legem nulli, ut extra sortem, sic neque supra gradum operari licet: neque si sit immobilis, agitare motu per locum, ut neque contraria: neque si sit tarda, a se ire celeriter, ut neque contraria. Mouere uero in hanc, aut illam partem, hoc, illo ductu via, & quæ licet cuicunque substantiam a se mobili: & quocumque moueat, sibi conuenienter, & salutariter moueat, si usus, necessitas exigat. Iam uero substantia mobilis a se, quæ ut simplex est, sic etiam sit procula contrariis, conuenienti loco cognatis sociata; ea quidem non aliud, ac undecumque simpli-
cem & uniformem exercebit motum, tunc qualitate agminis, tunc itinere via: certè enim simplici substantiae undecumque simplex conuenit operatio. Sed si qua est, cui inter contraria esse, & cum ijs agere contingat, nec possit euadere; ei certè non liecabit tantundem: sed, quia a contrariis non poterit accidere aliud, nisi mala, præsentibus malis, quibuscumque & quotcumque modis possit, prouideat, occurratque necesse est. Quare nunc spiritus, cum hac sit alienorum importunitate obvolu-

N tus,

tus, & sub ea sit oporteat, quamvis sit simplex, multis, & varijs, & diuersis eodem tempore mouet motuum fornis, quia tot, & tam varijs, tamque diuersis necessitatibus occurrat necesse est. Potest autem unus eodem tempore eos adere & exercere omnes, alijs tamen atque alijs sui partibus, nam quamvis una numero, tota continua substantia est, tamen partibilis est: atque omnibus sui partibus est mobilis, habetque principium motus, naturam nimis effientem motus: itaque quacumque parte sic mouere oportet, sic potest, & mouet, ubique sentiens, & ubique promptius mouere, quacumque via incommoda euitanda, aut minuenda sint. neque enim rigor ullus obstat: qui tam tener est, & sui sequax. Quin eadem sui parte subinde potest mutare figuram motus, & muter, si res exigat, & liceat per composita: nullum enim recusat modum occurrenti malis: & (uti diximus) per figuram viæ non addiderit contrariam operationem. Quāquam certè in motibus voluntarijs uocatis, & ijs, quæ sunt tunicis uorum, est prouisum, ut quām simplicissimè moueatur: duabus enim fornis mouetur, nec amplius: quippe, contendendo uel in rectum, uel in gyrum, ut uidere est in structura instrumentorum. in cæteris ualeat exposita ratio. Sed si qualibet sui parte habet principium motus, & quavis potest quemvis capere motū: planè poterit etiā pluribus partibus alios atque alios auspicari motus. Neque propterea plura esse spiritus capita debet existimari: nā plures spiritus, & plura animalia sint oportet, ut plura sint capita: unius animalis unus spiritus, & unius spiritus unū caput est. Capitis enim illud est munus: nec pè, ut ab eo omnis incipiat, & ad id omnis referatur motus; sitque quasi cardo, aut uerius moderamen motuum omnium, qui sunt tota universitate, cuius id est caput. Et cum ita sit, iam si plura essent capita, plures essent cardines, & plura moderamina motuum substantiæ unius numero: & accideret etiam, ut alterum caput, ratione qua est caput, fieret moderamen motuum alterius, quando ad ipsum quoque oporteret peruenire alterius motus. quod ut esset rationi congruum? Vnum autem omnino cùm sit spiritus totius caput, & illud, quod dixi sit capitum munus: hīc ego, quantum in me est, censeo statuendum: toto corpore, à nulla parte spiritus fieri motum aliquem, qui à capite non intendantur.

tur, & quod inde omnino per intentionem non capiatur: sicut
inde ad omnes partes est conspiratio & continuatio, & intentio
omnino in omnes. Ratio quidem sic dictat: & palam est id fieri
in motibus, qui dicuntur voluntarij, cum plures simul corporis
partes palam uolentes agitamus: fiet igitur in ijs, qui fiunt in-
scientibus (ut apparet) nobis. Cerebrum quidem certe perpetuè
uidetur moueri ad motum arteriarum: neque attolli sic potest
ab arterijs intercurrentibus: moebitur igitur, principio capi-
ente motum, qui in cor, arteriasque per neruulos est continu-
andus: forte etiam in omnes alias partes, licet non eadem ue-
hementia, ad spiritum in omnibus à premente grauitate rela-
xandum, tūm excitandum, uegetandumque. ad caput qui-
dem motum totum, alia omnia, & eodem modo, sicut fieri
potest, moueri par est. Agnosceré id quoque licet ex affecti-
bus capitis spiritus. Est autem caput definitè ea copia, quæ
est sub caua cerebri, sicut memini anteà à me esse dictum.
Neque obsit, quia multorum animalium cor abscissum uide-
tur adhuc posse persequi per se motum: omnes enim spiritus
partes (uti dixi) principium habent motus: & satis est intendi
illis semel motum, deinde per se etiam parumper persequi po-
sunt, dum uirium tenorem habent aliquem. Sed cor abscissum
inconditè tamen, turbatque mouet, & usque languidius, ut
uim amittit in momenta, & commoritur. Certè si ea cauſa ua-
leat, in cauda etiam serpentum caput spiritus ponit possit, quia
detruncata satis diu adhuc moueatur. De commutatione uehe-
menti & celeritatis eiusdem motus, quam uidetur posse face-
re spiritus, adhuc dubium restat, quam toties diximus per legē
non debere licere. Sed sciendum, spiritum natura esse multò ci-
tatoris motus, quam exdat cum hoc corpore; quem quidem
motum exerceret solitus impedimentis: nunc enim, quia mo-
uet hoc graue, & cum labore monet, laborem temperat tardita
& remissione. Quare si uehementius, celeriusque conetur,
possit planè per suam naturam gradumque eius; sed cum labo-
re maiore, quando magis tollenda grauis moles. Sic dubitacio-
nes omnes, quæ essent in hac cauſa, tolluntur.

Quo modo edat motum alteracionis.
CAP. XVI.



Dmirabilis prorsus est is, quem dico affectionis, motus. Cui enim nō sit admirationi, substantia non modo excipere, ut patientem, & ut materiam, motus, qui dantur ab externis, sed etiā posse rursus, ac simul eodem à se ædere, & cire in se ipsa, etiam alienos, hoc est eos, quibus de statu moueatur? Fit enim ad hunc modum: Quæ tangunt spiritum, (nam nihil quidquam percipi potest rei, quæ nō tangat) mouent cum omnia; planè ut sunt naturæ, & iuxta intensionem qualitatis, quam gerunt, & prout magis, minusue & diguntur. Ille uero dum uim patitur, nec resistere omnino ualens mouetur, planè facere non potest, quin obsequatur, hoc est eum, qui datur, sequatur motum: sed ut substantia est sibi usq; intentissima, & status sui studiosissima, ut tāgitur, nō sic sinit, & nihil agit: uerū more sentientiū omniū, cōuertit se ad id, quod tangit; amolitur si sit alienum, amplexatur, si amicum: tām citò ipse, famq; prōptè, quām gnauus & impiger est. Adhibetq; attentionem suam: primò quidē in se, quippè qui ipse recipit; deinde, sed propè eodem tempore, erga id, à quo est motus, ut ad principium motus, quod iam ipse pētāt. Dum autem attēdit, (attenderōgo, quid nunc dicatur) ratione attentionis fit, ut à se iam, hoc est motu factō à se, sequatur datum motus, prorsus, prout moueat, hoc est, ea ipsa qualitate motus, qua ab externo mouetur. Non est enim aliud attendere, quām aliquatenus cum studio sequi id, quod mouet, sed ita, ut ipsum moueat: eundem ciendo motuum ad id, quo ipsum cieat animum, & eundo, sicut id ducat: aberretur enim, neque attendatur; nisi si sic fiat. Confērens scigitur spiritus ad attentionem, confert sequens datum motus, & ciens se ipse rursus eo motu, quo cieatur: & rursus, simulque, èutri capit, atque ædit: sicut nos tori, cūm loco ui rapimus, atque etiam simul imus à nobis. Et is est modus, quo externis tangētibus, æditur ab illo motus affectionis: non quidem usque ut eam qualitatem faciat propriam suam: corrumptatur enim ipse oportet, ut id fiat, cūm illa sit alie-

na: sed.

na: sed quando in ipsum ea accidit, & per eam iam afficitur, ut tendo ut aliena, tantisper, dum noscat. Atque hoc, quod ego nunc dico, est, quod Aristoteles monitus ab ipsa re olim uolebat exprimere, cum diceret: sensibile, & id, quod sentit, similia esse cibyæ, cum tamen nesciret facti rationem. Res uero diffi-
cili intellecū: quare declarationis causa conabor, ut poterò, re-
ferre rationem in aliquibus affectionibus. Durum motum se-
quitur, æditque cogendo se, & fortiter obnirendo. Calorem,
igneum rapido quadam motu, & uis suæ concitatione. Frigus,
quodam modo tarditatem & torporem sibi inducendo, & qua-
si contrahendo se. Colorem cogendo quidem se, sed in primis,
uigorem & letitiam naturæ suæ, quasi faciem, uel extollendo,
uel quasi occultando: quod inde cognosci potest, quod postea
clare quò magis atras species uult secum repræsentare, cò ma-
gis laborat. extolli autem cōtingit uigorem eius, letitiamque a-
lacri quadam citatione in maius: sed magis quadam auctifica-
sui condensatione: occultari uerò, quadam tristi naturæ uelut
demersione, & diuinente statum sui consipilatione. Nec du-
bitare oportet, an fiat, quod dico, & ut ego dico: planè enim o-
portet concipientur affectus aliqua actione: & modus agendi,
& capiendi alijs nullus potest esse. Sed quid dubitetur? iam a-
motis ijs, quæ uerè tangebant, possumus ea meminisse: & im-
possibile est id fieri aliter, quam repetendo eos, qui ijs tangentibus
rursus à spiritu æditi sunt, motus: si nunc repetit, ergo etiā
antea fecit. Sequens autem spiritus eum, qui datur, motum, af-
fectionemque, prorsus prout mouetur, atque afficitur ab attin-
gente; pat est, non modò codem motus genere, sed eadem in-
tensione, codem numero, codem tempore sequatur: tum præci-
pue ijs ipsis partibus, quibus attingitur: indeque tanta amplitudine
sui, figura eadema. Quidquid autem ceperit umquam, eo
modò, citaueritque in se, non certaliud, ac qualitas, & in corpori
reum omnino: aliquid: quî enim citet, & faciat in se corpora;
quare etiam dicitur corpora artigantur, non aliud ceperit in se
corum, nisi qualitate in. Cum hoc motus sine dubio semper
erit coniunctus localis quispiam motu: spiritus; sicut rursus
per motum localem sèpè manifeste contrahitur. hic ipius af-
fectionis; sed hic certalius est, poup erit, ut dicitur.



Ensus hic, qui iam est notus nobis, tantum est alterationum, & motuum omnino de statu: sed est tamen sensus affectuū, qui dantur à similibus, qui nulæ fuerint alteraciones; sed longè alterius generis. Ut autem fix, ita uiuam, nix uideor exponere posse, tam penita ratio, & interna naturæ est. Dico autem sic: Primum spiritus est substantia, quæ uiuit: & cum uiuat, sicut naturæ omnes, quæ uiuunt, est usq; intentus sibi, & tenet, & secum nouit statu suum. non quidem, sicut nos forte nunc nosse uidemur, neque omni nō ut sentiuntur externa ulla; sed ut secum agendo, & sibi intendendo, intentione quadam tenere & nosse uidetur oportere suum statum naturas. Quam quidem sibi ipsius, statusque sui abditam in se intellectionem, esse quoque sensum, atque adhuc primum sensum, iure opinor aliquis dicere posset; & ex intentione in se fieri, atq; constare: sed quia statuimus iam, sensum esse tantum ad tactum externorum, propterea, nitentes tamen omnino ei, quod nunc relinquimus, sic statuimus: Ut tangitur ab aliquo spiritu, quod quidem, quocumque sit, semper adfert aliquid, quod non erat; ille qui alioqui semper intentus sibi est, excitatur quasi ad res nouas: & quemadmodum noui aliquid accipit, sic nouo modo, hoc est sollicitus, intendit in se: Ibi nec idem, qui semper tenet & noscit suum statum, tenet, noscatque oportet etiam nouari ceptum; siue augeri & robora ti dulciter & uitaliter, quod fieri ab amicis, siue hostiis agi in aliis, quod fieri ab alienis. Sollicita illa excitatione ad intendendum in se, aio exoriri sensum: tenere illud sollicitum, & nosse statum suum eo modo, iam noui aliquid easu habentem, aio esse ipsum sensum. itaque ubi prius dicebam, sensum esse dignotionem affectus, nunc ex melius cognita, dieo, esse statutus affecti. Tantum possim dicere de sensu: si non satisfacio, ignoscas rogo imbecillitati ingenij. Secundum qualitatem autem, quæ se moueri, afficique tenuerit, noteritque spiritus, nouerit etiam de ijs, à quibus est motus: & quabis erit qualitas, quam ab ijs cuperit, talem quoque ijs attribuerit & quonaeccperit,

peri, & attribuerit: & sic formatas, ut formatas acceperit: taliaque nouerit illa, quales ab ijs acceperit qualitates. Ut enim quæ tangunt, non possunt attendi, nisi secundum eum, quem ipsa dant motum: sic nō possunt nosci, nisi qualia p̄eruerint, seque noscenda præbuerint. Sensus quidem & motus affectionis semper sunt simul: sensus enim est dato, captoque affectu: tamen aliud est capere affectum, aliud nosse & tenere, sc̄e sic iam habere, & sic esse affectum. quare meritò etiā ab antiquis sensus & motus duo diuersa posita sunt.

Quo modo spiritus imaginetur, & quo modo recordetur.

CAP. XVIII.

 Vm imaginatur spiritus, recolit omnino secum formas motuum, quos anteā inse effecerit, dum ad sensibilia mouentia moueret se, sicut exposuimus, uel omnino illis assimiles. Nihil enim possumus imaginari, quod uerè aliquando nō perceperimus sensibus, aut quod ijs, quæ percepimus sensibus, non fingamus esse simile. Inde enim ea, quæ sensu percipere non est, ferè imaginamur forma eorum, quæ sensibus percepta sunt: ut *D E V M* & Angelos pictores pingunt humana facie: ineptè quidem, & indignè, sed tamen tolerabiliter iudicio uulgi, quando sic quoquo modo captui ipsius consulūt. Sicut autem spiritus erga sensibilia tangētia, dum se ad illa uerteret, à se rursus eodem modo, eademque forma motus est, qua ab illis tangebatur, efficiens quandam *απνίσσων*, ut sic loquar: sic cùm secum recolit imagines, eodem, sic factos, recolit motus, easdem sibi ipse secum figurans, & repræsentans formas: totque generum recolit, quot sensibiliū generibus obiectis reddere coactus est. tam egregius ille est (ut sic dicam) *μερόποντος*. In ea operatione illud mihi magnopere uidetur mirum: nempè, quod imagines, quamuis sint in ipso spiritu, eius ipsius parumper alteratis qualitatibus: tamen apparent non modò alienæ, sed etiam separatae, & tam longe posita, quam uerè cōspecta res sunt, aut etiam conspici fingere possimus. Alienæ enim uidentur, planè quia alienæ sunt, hoc est facta motibus & dispositionibus alienis: sed de longinquitate,

tate, qua referuntur, non possum in præsentia aliud, quā in ostendere simile. Vides quæ à speculo redduntur imagines, & quæ à conspicilio adeunt oculos nostros cernentium? sunt enim à conspicilio species, quas nos excipimus, non quæ ab ipsis rebus attingunt conspicilium. Tām longinquæ adhuc forsan apparent, quām sunt res, à quibus primò manant species. Nec propterè appropinques tibi conspectum specierum, quia speculū, uel conspicilium tibi appropinques; ne quidem si rāngas eorum superficiem superficie oculorum: sed semper tantudem remotæ uideantur. Sic poterit fieri, & fit omnino in ipso spiritu: nempè, ut in eius ipsius superficie eidem offerantur species tām remotæ, quām uerè antea sint uisæ, aut ipse secum ponere possit. Ratiōnis redditio non est huius loci, atque temporis. Ex apparitione autem imaginum, quæ spiritui fit sub ipso, nihil luminis subeunte foris, colligi potest, luminis participem esse illum, & redditurum lumen, si densetur magis. si enim non esset, non fieret illa: nihil enim omnino à cernente ullo, secundum naturam, cerni potest sub tenebras. ille uero cum imaginatur, cogitur in sese. alias nimirū exsilis, hoc est nimis diffusa tenuitate est. Est uero cum evidenti sensu imaginatio; quippe quia spiritus iam capit & tenet alienos motus, alienosque affectus; per quos quidem ille alienis modis redditur attentus.

Recordari, primò est recolere eiusmodi formas: actus recolendi eas: tum per eas iterum capere sensum eorum, quorum sunt imagines.

Quo modo intelligat, & quo modo ratiocinetur.

CAP. XIX.

Intrigere, quasi intus legere, est, spiritum uel secum quasi in suo recessu, uel quasi ad interna rerum pene trādo, assequi, & deprehēdere quid, quod sit: primūq; quidem esse id, tum ut sit, & qua ratione. Tantum enim esse deprehēdere, est quasi coniectare speciem aliquam rei, quæ tamen quid, aut qualis sit, non dum appareat. Ratio, qua res habet, est id, non quod illam, sed quo illa sc; tamquā aliquā notā, manifestet: ut ipse per te potes aduertere. Quidquid

quid autem est intelligendum, planè oportet obiectui substantiæ intelligenti, eamque sui aliquo modo moneat. Placuit autem nostris maioribus, ut intellectui auocaremur ab obiectu rerum uerarum, quales offeruntur sensibus, & specularemurphantasmata: quasi interius, aut perfectius licet comprehendere res per imaginis, quam per ueræ rei obiectum; aut quasi imagines non essent cum sensu. Obiectas autem imagines, atque adeò conceptas habens spiritus, quia ab ijs representantur illa, quæ uerè antea sunt presentata, uel omnino illis assimilia; rursus uidere uidetur eadem, aut assimilia illis: contuensque & noscens, uidetur planè deprehendere cum esse ea, tunc tali ratione. Nam si res ipsa imagine representatur, ratio quoq; rei representatur, quæ nusquam est ullo modo extra rem, & sine qua nulla res est. Actus autem intelligendi existit hoc modo: Intendens usque sibi spiritus, attendit nunc in se, contueturque & di-gnoscit alterationes & affectus, qui imaginacione citati in se sunt. Dignoscens autem eos, oportet ea quoque forma dignoscari, qua sunt effecti. quia uero illa iam simulachrum est ueræ rei, sicut exposuimus, aut omnino assimile: sic ut spiritus nunc hanc formam contuens, rursus rem ipsam presentem habere sibi uideatur, rursusque deuenire in eius notionem. Quia enim natura (uti dixi) impetu attentionis fertur ille ad capita motuum, quæ sunt ipsæ substantiae, ut ad ultima, solida, & per se consistentia, ubi tandem sistere aliquo modo motum & quietem possit: motus enim semper alterius est, & ab altero, & quantum in se est, semper cum habebit in motu: proprieà uel quando uerè tangitur ab externis, uel etiam cum postea secum repetit motus, fertur ad ipsas res, & ipsas captat substantias. Noscens autem rem, planè & esse illam, & sic esse noscit. Atque sic etiam amoto uero obiectu rerum, per suos ipsius affectus, eorumque formas, deuenit spiritus ad notiones rerum, & assueatur, comprehenditq; cum esse eas, cum esse hac, uel illa ratione, quod est intelligere. Atqui hic idē uidebatur modus noscendi res etiam cum uera obiecta excipiebamus: non enim uidetur alia differentia, nisi quod ibi ad res uerè presentes mouebamur, hic ueluti ad presentes: num igitur idem & hic & ibi modus erit? Dicam libere quod sentio: nisi uir quispiam maior aliam

in hi ostendat rationē; uel hāc ipsam uulgarā intelligendi; quantū ego forsū nō satis assicuor, melius declareret; quantū in me est, statuā indubitanter, esse prorsus cunctā, consimilemque modū. Utrobiq; enim forma alterationis concepta est mediū, & quasi dux, ad rei comprehensionem, ibi uerè presentis, hīc uerè presentis uisus. Quin, si iam uerum discerno, uideo & hīc & ibi, spiritum primò in se alienorum noscere imaginem: formam nimirū illam à se in se datam, & sic conceptam, secundū eam, quæ externū mouens tangit: primò enim ea, quæ in se sunt, tenet & noscit: cetera, & res ipsas, per eam. & forma, hoc est imago, est semper eadem, ut prius facta ad rem tangentem, sic nunc repetita. Imago uero est tantum simulachrum uerae rei: itaque tantum ab ea referri potest, quātum à uera re offerebatur: tantum igitur assequemur ab ea, aut certè assimile: si quid amplius putemus, certè fallamur. Abstractiones formarum à ueteribus fictis, falsas sunt: & quo modo esse posse uideatur, æquè fiunt in rebus etiam presentibus, atque in solis imaginibus. Vniuersalia quoque illa sunt superiore libro exagitata: quid igitur restat aliud? Quid si res uerè presentes, caruinque rationem iam uerè oblatam assequi, sentire eas est, per imagines autem intelligere: tanto nobilior, præstantiorque erit sensus intelligentia, quanto solida umbris, aut uera fictis. Sunt, qui obijcere soleant, intelligendo facilius posse errare nos, quam sentiendo. Sed id magis confirmat, quod ego dico: ostendit enim, quātum sensus intelligentia sit uerior, & dignior. Error autem contingit, quia sèpè uolumus iudicare de ijs, quæ sese nobis referunt, non percepta omni coruam conditione: iudicantesque ex una nota, aut duabus, quæ ostendantur, quæ forte etiam in alijs possint uideri, tamquam omnibus undecimque cognitis, possumus falli. Sèpè arrogantiores ad ea penetrare uideri uolumus, quæ nullo modo ostenduntur, aut penitus sub alia facie rerum; & falsas nobis confingimus imagines, & rationes. Sicque temeritas, & pruatio comprehendendi res, omnē in eis conditionem, dicit nos in errorem. Obijci etiam solet, intelligentiam non uideri corrupti ab excellenti intelligibili, ut ab immoderato sensibili corrupti ueretur sensus. Sed id sit, quia cum intelligimus, sicut uoluere maiores, nullum uerum extēnum agens contor-

quæ suā uim in spiritū, sed leuiore motu ab eo ipso ex se efficit
āmagine refertur; quod refertur: Sed alia etiam accedit causa: scilicet, quia pro sensibili, usque res quæpiam, quæ uim alterandi habeat, accepta est: pro intelligibili autem non umquam, ut videatur, sed semper accidens quoddam, quod quemadmodum
ne cōsistere quidem posset uerè ullo modo usquam, nisi beneficio alterius, & in altero, sic neque referri animo ualeat, nisi beneficio alterius, & in altero, nempe imagine. Sed affectu omnino intelligibilia uocata, quamvis leuius, uel propter affectus, qui imaginibus reddendis contrahuntur, uel propter attentionem, indicet labor ea meditandi, & attendendi, & subinde satietas & fastidium: quod sit signum corrupturā spiritū tandem eius operationis, eorumque obiectorum meditationem, nisi dimitatur. Ea quidem ratione uidebitur differre sensus ab intelligentia, si sensus pro perceptione & dignotione sui ipsius motus, affectionisque accipiatur: intelligentia autem pro notione eorum, quæ per motum, sensumque noscuntur. Quod si dicatur, licet etiam per me, modò ea, quæ iam medio sensu nos allegui dicimus, intelligere etiam dicamus. Verum tu hinc memor dictorum forsan obijcas, mihi etiam sāxa intellectum ire, quando superioribus disputationibus assuerabam, omnem substantiam naturalem sensu præditam esse. Sed ego non propterea turbabor: dicam enim, quod dicebā, cùm agebam de sensu naturarum: uidelicet, ut sunt genera, species, ordines, gradus earum, sic alias promptiùs, alias tardius, alias exquisitiùs, alias stupidiùs assequi & noscere ea, à quibus moueantur: alias forsan plura, alias pauciora: tum alias non nisi dum iam attinguntur ab externis, alias etiam per se posse recolendo secum motuum & affectum formas: naturam tamen nullam penitus facultate intelligendi, hoc est deprehendendi atque noscendi ea, quæ tangant, sui que moneant, priuari debere. Iam ratiocinari, fuerit, considerando (quod est quasi desigi in actu noscendi) uersari circa res, legere que earum rationes, uel pergere per eas, comprehendas, ut quidem res referre uidentur; coniungendo, disiungendo, & faciendo cetera, quæ cùm ratiocinatur, facere solemus.

*Quo modo fiat memoria, & quo modo tandem
daret. CAP. XX.*

Meminisse autem, est retinere formas, rationesq; per-
ceptas. Sed quo modo eas retineat spiritus, secreta
ratio est: puto autem eam esse: Memoria manifeste
est eorum, quæ insigniter moterint, siue nouitate, si-
ue ui, siue frequentia motionum id sit factum. Id omnino cùm
fit; putandum est, quod spiritus, qui admirabiliter, & tanta prō-
ptitudine se conuertere ad alterationes solet, licet præterierint
ueri motus, tamen postea etiam secum ueluti querit ea subinde,
à quibus insigniter sit motus; uel exspectans ea, uel timens.
Eius rei dum sollicitus est, semper secum habet aliquod initium
capiendi ad eorum attentionem motum; repetendi que moue-
do formas: quod dum habet, & facit, rationes motuum, atque
formas secum ipse cōseruat. Mihi eius facti indicium est, quod
sæpè dormientibus nobis, uel nihil de quibusdam cogitare uo-
lentibus, subit memória eorum, eorumque magis, ob quæ re-
cens moti sumus. Nec uero dubitetur, quia tam breui copia est
spiritus, ut possit uideri, non posse eodem tempore initio mo-
tionis, motu omnino, tot rationes, formasque motuum con-
seruare; & eo minus, quod non potest una eademque particu-
la plures eodem tempore exercere motus. Nam neque tam bre-
uis est eius copia sub cellas cerebri, ubi illud facit, quin eodem
etiam tempore plures capere possit motus: namque etiam mi-
nora specula uno positu ferē innumeras simul capere uidemus
imagines: neque tam segnis est ille, ut dum unum ædit, alios
penitus mittat motus: sed attentus omnibus, à quibus insigni-
ter sit passus, iam ad hunc, iam ad illum celeriter conuertitur
motus; ut cum exteriorum captamus modò illud, modò
hoc: leuiter ferē, ita ut non usquequaque fiat hic manifestus
sensus, sed tamen tantum, quātum sit satis ad motuum, forma-
rumque conseruationem. Quamquam, quia non potest omni-
no unus attendere plurimæ, plurimosque recolere motus, pe-
nit in dies multorum memoria. Obreamque rem, scilicet, quia
laboriosum est ei eodem tempore, uel subinde breui, plures di-
stincte

stincte exercere motus; ferè exposcimus capita, summasque rerum: pauciores enim, & brevibus spatijs comprehensas, commodiùs tenere, & minore recolere labore spiritus potest. Solent riuare consequitiones rerum, rationumque: namque usus motu reperto, spiritus postea quasi uiam legens, addit suo impetu alios, quos alias edidit consequenter. Solent & similia, & contraria: namq; illa consequitionem, haec oppositionem statim offsetunt consequentem. Ut autem tamdiu dutare possit memoria, longè secretius forsitan est longeque ignotius. Spiritus enim quamuis crassis, & densis integumentis contineatur, tamen it omnino continenter, ut diximus, & nouus est ferè in dies singulos: & quamquam similis usque est, tamen non usque idem numero est: ut, si diu manere debet memoria, modus sit aliquis oporteat, quo usque praesistens subenti suos communicet motus. Sed dubium non est, quin sic fiat: fieri enim aliter non potest. Modus autem coimmunicandi unus fuit: quippe unio. quia nimirum subiectis cum praesistente unus fit, sic, ut ille cum eo, qui iuit, unus erat: non quidē numero, ut pars clapsa sit haec ipsa motata; sed apta substantiæ continuatione; uis, affectuum, operationum omnimoda communicatione. Quæ enim bene mobiles sunt substantiæ, & non nimis ampla mole continuatæ, & undecumque aptæ sibi sunt, admirabiliter secum conspirant: ab omnibusque partibus affectæ ad omnes, omnes omnium omnibus communicant motus: ita ut non magis plures earum partes, quam unum solum sint omnes. neque solùm ea copia, quæ iam collecta est, sic secum est: sed si quid similis, cognataque subeat, ueniat pariter in omnium communionem. Sed tamen, nisi subinde recolantur motus, perirent breui formæ: laboriosa enim est ea talis, nec spiritus naturæ conueniens operatio; atque afflatur ille mouendo: quare breui remittit. cum per communionem, traditionemq; nouo subinde spiritui, languescunt motus, & in breui obscurantur; & confunduntur, & sic detinunt finiunt. Vnde etiam potest duci argumentum, conservari memoriam, spiritu veluti præsudice semper retinente initia motuum, semperque mouente. Ille quidē inquietus est: coercitusque & grauiatus hoc corpore, prohibetur ex ingenio exercere motum: itaque impatiens non

solūm immobilitatis, sed etiam motus non sufficientis ad faciem agitationem, præcipue cùm retrahit se ab exterritorum attentionibus, recedit hos.

Operationes omnes spiritus esse motum & sensum.

CAP. XXI.

Reditæ sunt rationes operationum omnium: ijsque reddendis, sublatæ etiam iam dubitationes ferè omnes, quæ in ijs, aut de ijs poterant esse: in primis de imaginatione, recordatione, & ceteris, quæ post illas sunt enarratæ. Agnouisse enim pores, ut ex nō sint aliud, quām ipse motus, ipseque sensus; uel simul uerque, uel solus alter; ita ut minimè propter illas alia sit nobis querenda in hominē substantia ab ea, quam nouimus, & cuius omnino sunt motus & sensus. Et uero ego uehemēter miror ea in re antiquiores, qui à circumstantia, aut accidente omnino aliquo decepti, fecerunt eas operationes alias à motu & sensu, & aliquas etiam dederunt alij substantiæ, quām quæ quoque per se primò moueat & sentiat. Planè enim ipsemet motus, & ipsemet sensus, sumpta tantum circumstantia, aut accidente omnino, quod possum in ipsos cadere, referunt eam speciem, qua ueluti personati se fellerunt uirostantos. Adhibe enim attentionem, si placet adhuc audiire summam sermonis, qui de illis est factus, nt magis etiā signata, magisque certò uidcas, quod dico, & quod res est: nempe eas, quod numerantur, non esse aliud, quām motū & sensum. Imago sit, recepto motu tali figurâ, hoc est sic actio: erit itaque imaginatio motus. Recordatio est imaginis repetitio, & redditus ad sensum eorum, quæ referuntur imagine: erit igitur simul motus & sensus. Intelligentia omnino est sensus eorum, quæ offeruntur, quæque monent sui. Ratiocinari est sciendo omnino ea, prout sunt & habent, cum attētione quasi uolitare circa ea, aut, cùm erūt plura seuq̄ta, discurrere per ea: uenit igitur etiam ibi motus cùm sensu. Memoria uero est conseruatio imaginū, hoc est talium motuum, & simul sensus, qui ob imagines objectorum est. Quam ob rem, nunc re patefacta, si mutationem quoque alienorum uelis referre in motu, poteris entendere duobus

duobus verbis: operationes spiritus omnes, quot quot sunt,
non esse plures; quādūas: motum uidelicet et sensum.

*Cur quedam operationes in altera spiritus parte,
alia in altera solum, magisue appareant.*

C.A.P. XXI.

Nidetur aut̄ non cōmittendum, ut tacita relinquatur ea iusta, qua fiat, ut aliæ tamē operationes in altera spiritus parte, aliæ in altera, solum, magisue appareat: ne ppter eā res dubia aliquo modo relinquatur. Euenit enim illud nō propter aliud, quādūas propter cōditionēs, quāa poni, & agere in corpore spiritū partibus suis contingit: quæ talis est: Eapars, quæ est sub cellas cerebri, est caput totius spiritus, ut dixi non semel. processus postea, (ut sic apellem) eius, qui ab eo extenduntur per ductus neruos, (intelligo ea uoce omnia, quæ sunt ex albis, fibris, aut uillis, in quibus, ut int̄ex p̄ceptus, est mihi sensus manifestus) sunt quasi artus spiritus, aut ramis, sicut arboris copia deinde, quæ eunt sub cetera corporis, sunt extrema eius, sicut arboris extremi rami & surculi. Caput autem ita se habet: nempe ut sit collectu benē ampla copia, nullis interuenientibus alienis. processus quoque, quos dixi, procedunt ipsi etiam nullo alieno intercedente inter ipsos & caput, & quasi intersecante: ducuntur quidem subtile propter angustias ductuum, in quos solertissimo artificio sunt ductæ fibræ & uilli neruci. extrema uero spiritus, quæ ramulis & surculis assimilauimus, quæ sunt plurima, ex plurimâ spiritus copia; procedunt ipsa quoque a ramis & ipso etiā capite, sed nullam in partē expeditē & liberē: tantā enim offendunt passim multitudinē alienorū artē conferēam, cui inimisceri oporteat, ut penē opprimātur. Inde uero fit, ut caput in primis, deinde artus sint planē expediti per caua, in quibus agunt, & multā similitudinē aptè iunctam habent uim: extremis autem illis non licebit tantundem: nam penē obruta turba dissimilium, quæ sunt tam grauia, ac difficilia, & interrupta passim, ubique impediuntur, atque grauantur, & uires collectas ita apte iungere & conferre nō possunt. Atqui capiti, quæ est caput, illud debetur: nempe, ut in eo fiat iudicium ultimum.

ultimum & consummatum motuum, affectuumque omnium, qui siantullo modo toto spiritu. Cum enim id sit positum ut prius cipiū, & ut finis, à quo omnis incipiat, & ad quod omnis referatur, & ultimum statuatur motus: nec modò qui primò cietur & fit ab ipso spiritu, sed etiam qui detur ab externis: & cum motu semper sit attentio spiritus, cognitioq; fiet, ut uel in intendendo motu in partes, decreta attentione cum motu, uel in recipiendo eo à partibus, quasi statuta attentione simul cum motu; fiat ibi statutum & decretum motuum omnium. Sic autem quasi iudex erit caput totius spiritus universitatis; & in eo etiam consummabitur & absoluetur, finis ultimi ratione, sensus & notio etiam aliarum partium: breuiterque erit caput, quædam summa totius spiritus: ita ut si forte partis alicuius motus non perueniat ad illud, aut ita languide perueniat, ut non excitet attentionem: talis motus nullus videatur esse sensus animali: cuius quidem iudicium, & sensus absolutus in capite fit. Ac rem sic esse, & sic cedere, unusquisque in se potest cognoscere. Res cùm ita habeant, rectè sequitur nunc, & secundum rationem latam à conditione rerum, ut caput & artus possint ædere maiores & citiores motus, & alias partes non tales, sed admodum lentos, & non nisi multò post tempore conspicuos. Rectè quoque, ut tacto, affectuque capite & artibus, statim exquisitus excitetur sensus: tactis autem extremis illis, non. Si enim caput est etiam perfectior sensus aliarum partium in animali: multò magis, multoque exquisitius sentiet sibi ipsi primò datos affectus. ab artibus autem ad illud, ut nusquam interrupta continuatio est, sic etiam celerrime transmittentur motus. Rocco quod caput usque attentum in omnes partes, attentionem quoque suam semper habet præstò in ijs, cum quibus expedita est communicatio. A partibus autem illis, alijs ad caput & ad artus tamen difficilis est & impeditus processus: quare difficile quoque perueniet motus atque affectio: alienis occursantibus, & excipientibus, impedientibusq; agmen motus: & ubi motus iam peruererit, tamen languidus peruererit, ut non excitet principium ad attentionem. quemadmodum certè motus quoque, qui à capite ijs intenditur, aut communicationis ratione transmittitur, cùm deuenit ad impedimenta, tardè per ea procedit & lente, quam-

quamquam non oportebat eitiis peruenire ad eas motus intentos à capite, quando comportatio materiae atque positio cum mora quoque facienda est. Sed ea causa erit, ut partes, quæ neruo genere destituuntur, non uideantur sentire, uel si frangantur, uel si urantur: licet pars spiritus, qui sub eas est, & patitur, aequè possit sentire, & sentiat aequè apud se, atque ipsum caput. Porro uoluntas uix est operatio, sed decretum operandi: id autem (ut dixi supra) in tota uniuersitate spiritus fit primò à capite: quare iure eius solius est decernere atque intendere etiā eum, qui à uoluntate esse dicitur, motū: aliae enim partes in ijs quoq. qui alterius uidetur cōditionis, pendent ab eius nutu, & sequuntur decretum eius. Ampli uero motus, hoc est ampla forma acti, planè multæ simul collectæ copiæ sint oportet, quæ quidem eos capiat; nec non expeditæ: sed spiritus nusquam sic est, præter quam in capite: meritò igitur tātum in capite fit imaginatio. Deprehenditur rāmen, admirabili modo motus efformatos, figuratosque, hoc est ipsas imagines factas à capite, mitti in cæteras partes per angustias & obstantia quævis: nam sæpè palam semini etiam datus uidetur à parente motus imaginatio nis. Intelligere & ratinçinari: si exsistere dicuntur tantum ex imaginibus, palam est iam causa, quare cœtrarum partium, extra caput, non possint esse: sed si recipiatur, exsistere etiam rebus ipsis tangentibus, erunt quoque cæterorum: & iam nihil est, cur non recipiatur, quādo intelligere ipsum sentire est, quod est partium omnium; & sehus nullius tēi esse potest, quin noscatur una uita habeat, & ut se se offerat. Erunt rāmen, duntaxat dum illæ tangentur: non enim licet ijs postea repetere imaginibus. Memoria non potest esse, nisi semper expeditæ partis, cui nimis rem uacet usque recolere motus: sed tantum capit is ipsius properam imagines. Mutatio autem dissimilium, & comportatio, & effigio, ex tua malagnagis, apparet in extremis illis copiis spiritus; quæ superius dixi etiam uagis: cæ enim ipsæ totæ cōmista & cōfusa sunt eū dissimilibus: quare eas ipsas lacere in illa uitium, tum eadem imperio suo (cuius tam intentio semper erit data à capite) secum conuertere, quò statutum est, contingit. Sed copia inclusa per se neutrō coopere faciendo præterit: nā ipsa quoque agit usq[ue] in dissimilia, quæcumque sint contigua: & ipsa

tum nervum genus sic produxit, tum sub cerebro celas fecit. Sed unus est (ut undique ferè iam probatum est) spiritus, una natura: qui spiritus ut unus est, sic omnibus partibus sui secum continuaatus est, toto corpore, per media quævis. nihil enim corporis est tamen densum, neq. tamen solidum, quod æthereus rei, quæ est sub omnia, quæque confluit per omnia, prohibeat penitus continuationem: licet faciat, ut ne tamen aptè continetur. Ab omnibus ille conspirat in omnes, sicut etiam norunt optimi ueterum: & à capite præcipue est attentus alijs omnibus, sed rursus ab alijs omnibus ad caput. Capitis motus, affectusque sunt communes cum alijs omnibus, & rursus aliarum omniū cum capite, qui quidem sint alicuius momenti: uel negante noto hoc sensu. Neque tamen partes eius hoc aut illud facere dicendum, quam cum totum omnia, hac quidem parte sui præcipue intendentem in hoc, illa in illud. Cumque unus est spiritus, totus idem, sibi consimilis: cunctus omnibus sui partibus æquè easdem habebit facultates, & cunctus eadem operabitur: hoc est mouebit & sentiet.

Cur spiritus uidetur quædam sentire, & cognoscere, & nolle facere, qua facio quædam non. Additurq. cur placeat cognitio, & scientia rerum: cur sint grata bac sensibilia. CAP. XXII.

DEliquum est, reddam eam caussam, quæ ignorata, una maxime fecit, ut iuri magni erraret in natura hominis, & ex duabus diuersis speciebus componerent animam nostram: nempe, cur spiritus, qui (ut ianu est demonstratum) effector est omnium operum vitalium, quicq. hoc corpore inclusus nos sumus, eorum, quæ facit, quædam uidetur sentire & cognoscere facere se; quædam non uidetur quædam uelle facere, quædam nō uelle, & tamen facere & uel si contraria conari appareat, nō posse non facere. Caussa est secretissima, de intimis naturæ eruenda latebris. Omnia ille sentit facere se, omnia uult, quæ facit: qui enim substantia usque sibi attentissima, suique studiosissima, quæ ranta arte, prouidentia, diligentia, studio, ponit & tuctur statum suum in hoc corpore, sub quo agit

agit. & mouet, potest iam suos villos non nosse motus? aut qui potest non decreuisse conferre uim ad faciendum, si iam facit? id enim est uelle. Sed illud est, quod mihi ut demostretur, altius paullo incipiendum est. Non modò spiritus, sed substantia cuiusvis, quæ uiuat, duo possunt esse tempora agitandi, & duæ conditiones: per quas quidem accidunt ijs tam diuersa, ut quando forte altera tantum fuerint, nihil prorsus habeant eorum, quæ haberent altera: & ipsæ sibi iam aliquo modo videantur aliæ. Aut enim inter similes agunt substantiæ, aut inter dissimiles. Inter similes sequitur illud: ut tanguntur ab ijs, dari sentiunt uim amicissimam, quæ uiuet, quæ roboret, quæ auget vitam itaq; sentientes tam cari affectui, uolunt eas, & appetunt, & amplexatur, si queant: possunt autem, ac statim, à se mobiles omnes: iunguntque; se illis quam aptissime: uimque; ab ijs capientes & uicissim dantes, fouentes omnino se, conseruantesque; mutuo, unam agitant: & quādo summum bonum, quod iam possit accidere (si tamen uniuersæ, quæ sunt eiusdem generis, coniunctæ fuerint, nā si non uniuersæ, minus erit bonum) sunt assuefactæ, & secum habent, nihil querunt extrā amplius, nihilque attendunt: sed fruentes eo, unam omnes, quin una iam factæ omnes, unam eam dēque; quam propriè, & in primis ferat natura sua, operationē ad perpetuitatem persequuntur. (in summis generibus hoc deinceps fit absolute: in medijs adhuc restat appetitus ad superiora.) Quid autem inter dissimiles? ab ijs vero ut tanguntur, sentiunt uim alienam, noxiā, agentem omnino ad interitum. itaque nolunt eas, & effugiant, si licet, etiam insolito morū, uel etiam inuisi operatione: malunt id enim, quam perdi, aut male omnino haberi. Sin cædem obstant, aut alia de caussa effugere nō liceat, conuertunt se grauter ad uim alienam, & subeunt illam, & inferunt quoque ipsæ contraria suam, atque incunt pugnam. Interea autem, etiam si eueniāt ut vincāt, inuitissimæ erunt subdissimilibus: neque illud leue, aut paruum malum: sic enim multo minus erunt ex ingenio, sed duriore conditione seruitutis. itaque ei quoque rei prouidere cogentur: adhibentesque uim, pepulerint, & egerint obstantem molem, quod incommodum erit illud, quo premuntur, faciant minus, & tolerabilius, pro præsenti conditione rerū, quibuscūque possint modis, sed la-

briosis omnibus, & alienis, hoc est non propriè secundum naturam, sed sicut aliena quodā modo præscribunt, factis. Quantam putas esse differentiam sensus, quem capiunt ab his, ab eo, quem capiunt ab illis? quantam studij ad motendum inter utraque? quantam denique motuum, atque operationum? Sanè, quantum differunt contraria à contrarijs. Prior sensus est cōseruationis, posterior corruptionis. prior uoluntas, decreuisse iam semel, suo modo, proprio agentium liberè secundum ingenium, pertendere uim ad id faciendum, quo in fructu summi boni perpetuent: posterior, iam suis ingratijis constituisse, insolito, aut alieno, laboriosoque modo id conari, quo præsenti importunitati occurratur: & pluribus modis, si plurib. opórteat: & subinde mutando, si mutare opórteat: qui conatus si longiore tempore uehementior duret, eo ipso corruptantur. priores operationes conseruatrices, uitales: posteriores corruptrices, perniciose. quemadmodū. n. propria operatione conservantur naturæ, sic corrūpūtur tandem aliena. Et ex his patet, quæ cōdiriō sit, apud utrūq; genus substantiarū: & quæ apud utrūq; causæ operādī. cum priore enim mouēt, ut uitia cōseruant eo statu, quo est: cum posteriore, ut ne necētur. Qui igitur substantia in altero genere occupata, quidquam teneat alterius? Nunc igitur spiritus obuolutus corpore hoc penitus secretò a suis, semper cum alienis inter aliena agere coactus, nihil tenet eorum, quæ tenebat inter sua. Non it tantum aliena, alienosque motus, quia ferè ab ijs tantum tāgitur: aliena tantum attendit, quia semper ab ijs afficitur, & tam gratiter, ut ferè omnē cōuertant ad se ipsius attentionē: tantum alienis modis conatur, atq; operatur, nam alienis usque obsequi, & ut ea quasi præcipiunt, necesse est. Suorum nihil sentit: qui enim sentiat, nisi tangatur? iam autem ne tangi quidem potest, nisi medio corpore, quæ aliena res est, prohibeturque purum, & aptum contactum. Sed ne cognosceret quidem sua & quæ sunt suorum, hoc nunc tantum sibi nostro modo cognoscendi: nihil enim tale daretur à similibus, propter quod ad ea grauter oporteret conuerteretur, sicut nunc semper ad aliena. Numquam decernit, eo modo adhibere uim ad mouendum, quo cum similiūm uniuersitate adhiberet: est enim iam seorsum, in consortio alienorum. Numquam enim, quam

quam illa in primis, & propriè maximè, operatur operationem: quî enim possit, nisi eat ad illa, soluens se ab alienis? Ne scit quidem eorum quidquam: scientia enim nunc, est possessio imaginis, formarumq; motuum, redditorum, dum aliena graues infligerent motus: qui motus omnes ut laboriosè recipiuntur, sic laboriosè, infelicitèq; retinentur. i nunc, & facta scientiam. Cùm autem sociatus suis, expeditus hinc, agitabit cum illis, si procul erit ab his, quæ mutant, certè nihil senserit umquam tale: neque enim sentiat, quod non tangat: nihil simile uoluerit, quia non erit necesse consulere malis: nihil tale operabitur, quia nullum erit alienum, quod ui cōuertat ad se eius motum. Ne attendere quidem poterit à se hæc: nam interea à suo impietu auerti oporteret, quod numquā ficeret à se. nec tenebit quidem modum conuertendi se ad hæc: sociatus enim suis, iam unicæ tantum cum ijs uacans operationi, cæteros omnes miserit, obliuionique dederit motus. Tum ne cogitare quidem: si enim cogiraret, cogeret sese, afflictareretque, quod ab alienatio esset à suis, atque adeò à se, quando interea mitteret modum agitandi secundum naturam suam. Quin dico: si sensus sit tantum ad tactum extenorū, hoc est, quæ iam sint extræ, nec iuncta & unum facta: perierit ibi omnis sensus. iam enim non amplius tangetur à similibus spiritus, ut ab extēnis, sed unum cum ijs factus erit, non aliter, quād nunc secum ab omnibus sui partibus unus est. Remanebit tamen sensus ille internum, secretus, quem superiùs nos significauimus. Sed ratio exposita, & dissimilitudo conditionum, atque cauſarum, tantum ualeat, ut etiam quæ media inter extremas, quas diximus, conditio ne degunt substantiæ, ubi ad alteram paulò magis accedant, (sed semper oportet accedat, quādo, ut dixi per principia huius secundi sermonis, uerè nullum potest esse tam exquisitum medium, quin uergat ad alterum extērum, sitque omnino de genere alterius) alterius nihil tenere sibi uideantur. Proprætereaq; hercule spiritus, quāquam quidquid mutat in hoc corpore, quidquid ducit, quidquid conformat, alienum est, facitque aliter, quām ferrari primariò ingenium inter sua: tam ipsemet nihil sentire, nihil per se nosse uidetur multorum suorum gestorum: ut de negocio, rationeque cōditionis, de of-

ficio comportationis, de magisterio conformatio[n]is. Scilicet, quia quamquam ea talia agens & faciens, cum alienis habet re, aliena comportat, aliena tractat: tamen in agendo superat omnino potenter, nec quidquam patitur contra grauius: tum materia eam si non s[u]o in primis proprio, hoc est liberi modo, tamē suo inclusi modo cōportat & format, nec cū nimio adhuc labore: nunc uero querit sentire & nosse ea modo hoc, qui solus uidetur notus, qui quidem non modo alterantium, sed nimium id facientium, & horrificè ad se conuertentium est. Alius est is modus, quo ea sua facta nouit spiritus, alterius generis. Hoc quidem nouit teneri se inter aliena, & grauari tamen hoc pondere, & contrastari tenebris: quippe quia ea statim nimia sunt. Spectabilis verò res: eodem tempore substantiam aliquo modo posse uideri sibi, esse sc, & aliā. Sed ne quidē earum operationū, quarum uidetur esse sensus manifestus, rationes in se ipso nouit spiritus, hoc est, quo modo mouens se ipse eas d[icit]at. Cur obsecro? scilicet, quia ut exsistat cognitio vel h[ab]et, vel etiam alia quævis, quæ sit aliorū, oportet, ea, quæ sunt cognoscenda, sint etiā disiuncta ab eo, quod cognitum est: nullum enim potest conuerti ad se sc, & intueri tamquam aliud: duo enim esset oportet, non unum. Nunc igitur, quamquam alienos motus cicat spiritus, alienisque modis: tamen ipse est, qui mouetur, quique se mouet. Itaque nouit fieri à se motus, quippe quia alieni sunt: nouit quoddam modo rationes eorum, quatenus uidelicet ijs uel alienia mouentur, uel alienæ repetuntur formæ: tamen ut ipse se adhibeat ad eos d[icit]endos, & quomodo d[icit]at, in se ipso nosse non potest. Rursus res pulchra cognitu: quid aliquā operari operationem, quā sciat aliquo modo ex dimidio: hoc est, quantum per eam alienum aliquid efficiat, alienisque modis: cetera, quæ in se sunt, nesciat. Sic nouit spiritus imaginari sc, memorari mouere corpus: modum autem, quo ea faciat, in se non nouit. Ne quidem quis cognoscat nunc uidetur scire, quando interna sua, & in ipso ea est ratio. Volens autem forte nosse alterum generis modo, quo nouit alterū, quod quidē sit dū nos studemus nosse ea, quæ se non offerunt his sensibus; nisi singat ad similitudinem rerum notarum, sicque transferat ad gen[us] cognitum, non aſſequatur aliud, ac priuationem cognitionis. tam alia cognitionis

gnitio rerum alterius generis est. Atque hec est causa, quia alias operationum suarum sentire & cognoscere, alias non videtur spiritus: quam qui nesciat, & aliud querat, rōto errer cōlo. DEVS meliora, inquies: si enim vera essent, quae disputas, non essent tām grata sensibilia, ut sine captatione eorum uiuere nolimus; neque tantopere recrearent, quantum manifestē recreant: tum cognitio & scientia(ne de ijs sic miratur) si non essent bona, & corrumperent potius, ut aīs, non tantopere placeremus nobis in illis. Cui ego quid respondeam, nisi exponam causas eorum, quae queris, quando sicut exposui, se habet ueritas? Atque ut incipiāt à posteriori: proptercā cognitionis, scientiaeque rerū multarum, uidentur placere, quia nos et spiritus sc̄itum īā est à si milium, cognitorūque uniuersitate, priuatusque est potestate una cum ea exercendi eam operationem, qua perfectissima est omnium, quippe quae motus comprehendit omnes. Dū igitur multos, & uarios, & exquisitos exercet motus, accedit quodammodo ad perpetuam illam, omnes complectentem, motus continuationem: ita uiterque & apte inuenitis, ut cuncte nioneat, uideretur sibi dignus cōlo, ut est: superansque alios consortes, dignus nobiliore adhuc, quam illi, consortio, tenens uero, quam plurimas imagines rerū, sic saltē imaginario cōplexu, quo licet, refert uniuersitatis sux cōplexu. Sed labor cōparādæ, colēdæq; cognitionis & scientiæ exquisitarū rerū, quātus sit, sit in dicio, q̄ paucisunt, qui eū sūscipere & ferre uēlint; & nisi subinde celletur, ferre nemo queat homo. In causa autē delectationis istorū sensibiliū, afferā id respōsū, q̄ miserorē adhuc ostēdere nostrā hanc conditionē possit. Proptercā enim ea placent, non quia uerē, & naturā spiritui sunt bona: si enim alteriant, atque mutantur, quā possunt esse amica, sed quia ueniunt ad letitiam māiorum malorum. Ab hoc enim, quo ille coērctetur, & obvioluit, gratia stupido, obscurō, non modō prohibetur à motu suo, naturali de libero, sed etiam premitur omnino, & tensim hebetatur, & stirpedit, & contristatur tenebris. Quare ad leuamen malorum s̄c̄rum, ut se leuet, uergetet, & exhilaret, uel cum labore ciet, captat q̄de, quoscūq; potest, motus, modō ne iniuste afflent, & captat species rerū: Sic agitat subinde artus, & ciet sonos, captatq; & amītibus qualitatibus ciborū tagi amat. Lux certa uite a res ei est, & qua

& qua etiam cùm hinc emigrárit, naturaliter quidem, nihil ipsi accidere possit præstantius: sed nunc eius quoque rei respectus miseriorem ostendere hanc suam inclusi conditionem potest: cùm quidem eam serenam, quæ sit tamen amica, tamq; adamata, non modò foedatam ferè excipit alienis speciebus, sed etiam ex trinsecus ad se quasi in obscuram cavernam uenire conspicere solet: & quia alioqui ea priuatur, cum molesta attentione, & ferè cum laborioso sensu, ea fruatur necesse est. Cum molestia enim coniuctum esse cum fructum, sit argumento, quod etiam à lucis aspectu subinde retrahamus nos oportet. Solares autem radios statim rectè ferentes non possumus ferre oculis, quia nō dum tantus gradu est spiritus, qui perfectione nobilissimas naturas adæquet. Vbi uero magis adhuc perfectus de hoc corpore euolârit, seque etiam nobilioribus cognatis sociârit, si eo loci erit, quo contraria sint procul; ibi uero immutatus, incorruptus, suoque statu fruens, usque à similibus fotus & vegetatus, & lumine æternum exhilaratus, integer, æquus, clarus, hilaris, conuenientissimam, iucundissimamq; exercens operationem, summis omnibus fruens bonis, nihil extra querens amplius, nunc incomprehensibili uoluptate, perpetuum agitabit.

PER ORATIONE.

Hec habui, REX Serenissime, quæ naturali philosophia magistra scriberem tibi de natura hominis, dæque humano spiritu. Qui quidem spiritus si est ei ipsa anima, cui à D E O (modò custodiat eius legem) fruitio coelestium honorum promissa est: & pro cuius salute CHRISTVS IESVS DEVS, REX ET DOMINVS NOSTER, mortuus est: statuendum nobis christianis, cum, D E O sic prouidente, potentia naturam superante, sub hoc corpore ab omni ui-impetentium sequari omnino incorruptum: & post discessum à corpore habiturum eam sortem, quam ipse dederat

dederit D E V S . Sin ea non est, sed alia illa est, quæ spiritui præsit, atque imperet, quibuscumque tandem id fiat modis : fatendum, illam alteram incognitam esse naturæ, neque ullis natura libus rationibus posse haberi, uel qualis sit eius substantia, uel quo modo utatur hoc spiritu. At tamen nos in hoc spiritu, ut fortè substantia ei subdita, & ut famulo optimè obsecundante, (instrumentū n. hunc tantum esse eius, ut plerique dicunt, recipi nullo modo debet) illius incognitæ functionum, quas imperando, & præsidendo obeat in hoc corpore, rationes cognouimus: ut spes sit, nulla in parte ab resumptū, aut ullo modo inanē meum labore uisum iri. Quidquid autem præstiterim, si te, R E X regnum optime, & humanissime, non illibenter legisse cognouero, fuerit dignissima carissima, qua alacriter pergam ad cætera, quibus rem physicam & medicam, plerisque in locis adhuc tecetas obscura caligine, pro uiribus illustrare paro: etiamque incitamentum, (id, quod maxime cupio) properem uenire Cracoviam, ut quæ de te feruntur, egregia, queque nunc uideo animo, præsens uidescant: & si tibi recipere liheat, tradam me in regiam istam maius in uirtute & fide præstantem. Interceda absens precor tibi eam fortunam, quam uirtus metet tua: ut quemadmodum preclaræ coepisti, & usque ad hoc tempus processisti, sic in posterum semper felicissime perseguare: & (quaesiam spes est in te uno) nostram rem publicam à scelerum genitium immanitatæ reddas tutam, ac securam. Aue, & uale,
 & rem bene
 gere.

F I N I S .

Errata quadam.

- pag. 7. uerſu 11. quibusque. lege, quibusque.
pag. 8. loca citata linea altius, quam per erat, aſcenderunt.
pag. 12. uerſu 31. Hec. Hæc.
pag. 13. uerſu 21. molixiem. mollitiem.
pag. 15. uerſu 31. uon. non.
pag. 16. uerſu 18. quoquo. quoquo.
pag. 21. uerſu 9. à ſe enim qui mutant genus / refutus : ſed à ſe
qui illud faciant
pag. qua habet numerion (et enim erratum ab operis etiam in apponendis
numeris) 46. uerſu 1. At motus actio eſt. refutus : At
motus actio tantum tibi eſt.
pag. 69. (ſed per errorem eſt, 96.) uerſu 1. ipſæ. ipſa.
eadem pag. uerſu 37. neque licentia. lege : neque iuri, neque licentia.
pag. 118. uerſu. 24. Nouit tantum lege : Nouit ferē.
cp. uerſu 29. nihil ſentit. lege : nihil umquam ſentit.
cp. adde : uidelicet, quod purè & ſyncerè ſit eorum.
pag. 119. uerſu 27. ut etiam quæ media. lege : ut etiam ubi media.
cp. uerſu ſequenti : ubi ad alteram. lege : atque ad alteram.
pag. 120. uerſu 26. rerum notarum. lege : rerum eo altero modo
notarum. deinde : ſicque transferat ad genus cognitum. lege :
ſicque transferat ad genus illud.

Cetera clausiora errant.

